h Poſtq̄ aūt. Sic ꝑdixit locū paſſiōis: ſic ꝑdicit locū reſurrectiōis: vt ſic ſunt triſtes ex paſſiōe: ſic letentꝛ glificati reſurrectiōe vel viſione.

i Precedā vos ꝛc. Ut infirmitatē eoꝝ ſpōſiōe redit⁹ ſui ↄſolaretꝛ.

k Et ſi oēs. Nō eſt mēdaciū nec temeritaſ: ſed fides ꝛ ardens dilectio: intantū vt imbecillitatē ſuā ꝛ fidē verboꝝ dei nō cōtueretꝛ.

l Antequā gal. Tres ita Mar. 14. b ſimplr. Sol⁹ Marc⁹: anq̄ gall⁹ bis vocē dederit. Tertia negatio petri ſi tota p⁹ ꝑmū gallicātū incipet: mētiri viderentꝛ tres q̄ dicūt: Anq̄ g. c. Itē ſi tota añ. ſupflue diceret

ſꝫ Marcus:

---

a ꝛ bñdixit: ac fregit: deditqꝫ diſci a b
a quaſi intelligite.
pulis ſuis ꝛ ait† Accipite ꝛ come c d
a quod ſub ſpecie panis videtur.
dite: Hoc ē corp⁹ meū† Et accipi †
a ipſe equalis deo patri: quid ergo ſubditus facit? b inter aduerſa.
b ens calicē grās egit: ꝛ dedit illis e
dicēs: Bibite ex h oēs: Hic ē eni f
a dedicator. b non veteris quod ſanguine hircoꝝ dedicatū eſt. c qꝛ impoſſibile eſt ſanguine hircoꝝ peccata auferri.
ſanguis me⁹ noui teſtamenti qui g
ꝓ multꝭ effundetꝛ in remiſſionem
a mortalitatē bibit chriſtus ꝛ legis vetuſtatem dum ei placuit.
c pctōꝝ† Dico aūt vobis: nōn bibā h
a qd̄ ē mortalitas ꝛ paſſibilitas. ē hūanitatꝭ.
d amodo de hōc genimine vitꝭ vſqꝫ i k
genimen.
in diē illū: cū illud bibā vobiſcū
immortalis ꝛ impaſſibilis.
e f nouū in regno pr̄is mei† Et hym l m †
ſpūali cibo paſtus debet conſcendere ad montem virtutū q̄bus vngatur vel reficiatur.
no dicto exierunt in montē oliue n
g ti. Tūc dicit illis ieſus: † Omnes o † p
vos ſcandalū patiemini ī me in q r
a .i. in iſta tribulatiōe. nocti cōgruit ſcādalū
b in zacharia: ꝑcute paſtorē: ex ꝑſona ꝓphete.
iſta nōcte. Scriptū eſt enī† Per s t
a ab vnitate fidei ſaluentur.
cutiam paſtorē: ꝛ diſpergentur v
b oues gregis. Poſtq̄ aūt ſurrexe x
i ro precedam vos in galileā.† Re y z
k ſpondens autē petrus ait illi: Et a †
ſi omnes ſcādalizati fuerint in te
ego nunq̄ ſcandalizabor. Ait il
petr⁹ ex ardore ꝓmittit: ꝑſoꝝ de⁹ vētura ꝑdicit
li ieſus† Amen dico tibi qꝛ in hac b
a Marc⁹ dicit: anq̄ gall⁹ bis vocē dederit. ceteri: anq̄ gall⁹ cātet. b cicior erit cā ter me negādi.
l nocte anteq̄ gall⁹ cantet tēr me

---

a. Et bñ. in hoc dedit nob exēplū ꝙ añ ſūptionē hui⁹ ſacri debet mens eleuari ī deū. b Ac fre. de. diſ. int q̄s erat iudas: vt dicūt ſcti cōiter: licꝫ Hylari⁹ dicat ↄtrariū. rō aūt q̄re xp̄s dedit ei corp⁹ ſuū fuit: qꝛ pctm̄ ei⁹ erat diſcipulꝭ alijs occultū: ꝛ ꝓpt h in eccl̄ia obſeruatꝛ ꝙ pctōri occulto euchariſtia n̄ negatꝛ. c Et ait: acci. ꝛ co. h eſt cor. m. ſi enī ỽbū xp̄i tante ē ỽtutis ꝙ fecit de nihilo oēꝫ creaturā: nō ē mirū ſi vnā creaturā ↄuertit ī aliā. d Et ac. cali. ſepati ↄſecrabat ſanguinē a corpe rō ne ꝑdicta. e Grās egit. eadē rōe ſic ī i ↄſecratiōe corpis dictū ē. Seq̄tꝛ: f Hic ē ſan. m. no. te. i. ad ↄfirmationē no. teſt. qꝛ ſicut ve. teſt. ↄfirmatū ē in ſanguie aīaliū imolatoꝝ: vt hr̄ Exo. xxiiij. ita no. teſta. ſanguie xp̄i cōfirmatū ē: in q̄ apparet excellentia no. teſta. reſpectu veteris: vt arguit apl̄s ad Heb. ix. g Qui ꝓ mul. ef. in re. pec. dicit aūt ꝓ multꝭ: qꝛ ſanguis xp̄i ꝓ oib⁹ effuſus fuit q̄tū ad ſufficiētiā q̄tū aūt ad efficaciā nō fuit effuſus ꝓ oib⁹. h Dico aūt. h ↄñr ꝑdicitꝛ eterne vite inchoatio: qꝛ ꝑceptio hui⁹ ſacri dat vitā eternam. ſm ꝙ dicit ſaluator Ioh. vi. Qui mādúcat meā carnē ꝛ bibit meum ſanguinē hꝫ vitā eternā. dicit ꝰ: Dico āt vobis nō bibā amodo. h eſt ab hora q̄ inſtituit h ſacrm̄. i De h geni. vi. hoc ē de vino qd̄ generatꝛ in vite. k Vſqꝫ in diē il. cū illud bi. vo. nouū. i. nouo mō. h fuit impletū qñ poſt reſurrectionē ſuā comedit ꝛ bibit cū aplis ſuis ad declarationē ſue reſurrectiōis: vt hr̄ Lu. vlt. ꝛ tūc bibit nouo mō: qꝛ corp⁹ ſuū nō erat tunc paſſibile ꝛ mortale: ſed glīoſum non indigens cibo vel potu: ſꝫ ſolū comedit ad declarandū veritatē ſue reſurrectiōis vt dictū eſt. l In regno pa. mei. i. ego tūc exiſtens ī regno patrꝭ mei bibā tūc vobiſcū mō ꝑdicto: licꝫ enī xp̄s fuerit beatus ex pte aīe ab inſtāti ↄceptionis. ex pte tn̄ corpis erat viator ꝛ paſſibilꝭ añ reſurrectionē ſuā: ſed cōpleta reſurrectiōe fuit beatus in aīa ꝛ in corpe. m Et hymno dicto. Hic ↄñr ponitꝛ ꝓ predictꝭ grāꝝ actio. dicit ꝰ: Et hymno. i. cantico diue laudiſ. Dicto. ꝓ ſacri inſtitutiōe ꝛ noue vite denūciatiōe. ſ. in loco vbi iſta erāt facta. n Exierūt ī mon. oliueti. h ē ỽſus montē oliueti: qꝛ loc⁹ ad quē xp̄s exijt ꝛ in q̄ fuit capt⁹ erat ſitus ī pede mōtis olueti: vt dictū ē. o Tunc dicit il. Hic ꝑdicitꝛ diſcipuloꝝ ſcādalū ad eoꝝ ꝑmunitionē. ꝛ ꝑmo ꝑdicitꝛ ī generali reſpectu omniū. ſcdo in ſpeciali reſpectu petri. ibi: Reſpōdens aūt. Dicit igitꝛ: p Oēs vos ſcādalū patiemini. i. ruinā in pctm̄. q In me. i. recedētes a me ꝓpter timorē humanū. r In iſta nocte. futura enī cōtingentia ꝑdicit eis certitudinaliter ꝛ determinato tpe vt cognoſcāt ipm eſſe deū q̄ pōt talia cognoſcere ꝓpria ỽtute. s Scriptū ē enī. Zach. xiij. t Percutiā pa. i. xp̄m. v Et diſp. oues. i. diſcipuli ex timore fugiētes. Aduertēdū tn̄ ꝙ Zach. xiij. mutantꝛ verba: licꝫ ſit eadē ſnīa: qꝛ ibi ponitꝛ ꝓphetia ac ſi ꝓpha loq̄tꝛ ad dñm dicēs: Percute paſtorē ꝛc. hic autem pōnitur ac ſi dñs loquatꝛ dicens: Percutiā paſtorē ꝛc. qꝛ idē eſt ỽbū dñi ꝛ ꝓphe licꝫ diuerſimode qꝛ ipi⁹ dñi ꝑncipalr ꝛ ipi⁹ ꝓphe inſtrumētalitꝛ. x Poſtq̄ aūt reſur. h addit ad ↄſolationē eoꝝ: vt q̄ audita ei⁹ morte erant deſolati. audita ei⁹ futura reſurrectiōe eſſent aliqualitꝛ conſolati. y Precedā v. i ga. nō ſolū ꝓmittit eis viſionē ſuā in beatitudie ꝛ in loco multū diſtāti: ſꝫ in ꝓpinqua regiōe. ſ. in galilea. z Reſpōdens aūt. Hic ſpecialr ꝑdicit ſcandalū petri. Rñdens aūtē petrus: qꝛ erat ceteris feruētior. a Ait illi: ꝛ ſi oēs ſcan. fue. i te ꝛc. in hoc nō mentiebatꝛ qꝛ ſic habebat in mēte: ſꝫ ꝑſūptuoſe loq̄batur nō ↄſiderās debilitatē fragilitatꝭ ſue: ꝓpter qd̄ grauꝰ ceteris ꝑmiſſus eſt cadere: ꝛ iteꝝ qꝛ futur⁹ erat paſtor eccl̄e vt ex ſuo caſu ſciret alijs ↄdeſcēdere. b Ait illi ieſus: amē dico tibi: qꝛ anteq̄ gallus cantet: ter me negabis. Marci. xiiij. ſꝫ expreſſius: Anteq̄ gallus bis vocē dederit ter me es negatur⁹. Aug⁹. in libro de con

cordia

† Mar. 14. e Luc. 22. b i. Cor. 11. e
† Mar. 14. e
† Mar. 14. e Ioh. 18. a
† Mar. 14. c Zach. 13. c
† Mar. 14. c Ioh. 16. f
† Mar. 14. e Luce. 22. c

mar. 14. b Marc⁹: anteꝗ̃ bis cantet. Sed q꞉ añ ꝓmũ cepta: attē
derũt illi tres nõ qñ cõpleturꝰ eſſet eã: ſed q̃nta futu-
ra eſſet qñcũꝗ incepta. Uel tota in aĩo timentis petri
pacta eſt añ ꝓmũ cantũ: ꝗuis vbis añ primũ cepta:
ante ſcðm pacta ſit. Tantꝰ enĩ timoꝛ mentē eiꝰ inuaſe-
rat q̃ ter negare faceret. Mat-
theꝰ ⁊ Marcꝰ negationē petri
ſubnectũt: poſtꝗ̃ ieſus egreſ-
ſus eſt de domo vbi mãduca-
Luce. 22. b uit paſca. Lucas ⁊ Johes: an-
Joh. 18. a teꝗ̃ egreſſus inde eſſet ieſus.
Sꝫ facile intelligimꝰ illos re-
capitulaſſe: vel iſtos preoccu-
paſſe: niſi magis moueret ꝙ
tã diuerſa nõ mõ verba: ſꝫ etiã
ſñias dñi ꝓmittũt: qbꝰ ꝓmotꝰ
petrꝰ iſtã ꝓſũptionē preferret
moriēdi: vt magꝰ cogant intel
ligi ter illũ expreſſiſſe ꝓſũptio
nē ſuã diuerſis locꝰ ad ſermo-
nes xp̄i: ⁊ ter illa a dño rñſuꝫ
ꝙ cũ añ gallicantũ eſſet nega
turꝰ: ſicut poſt reſurrectioneꝫ
an ſe amaret ter īterogauit: ⁊
ter de paſcēdis ouibꝰ p̄cepit.
Ante gallicantũ. i. creſcēti
bus tenebris negat: poſt gal-
liciniũ. i. luce vicina culpaꝫ la
chrymis lauat. a In villã
Luce. 22. b que dr̄ gethſemani. Lucas: in
Joh. 18. a monteꝫ oliuaꝝ. Johes: trans
torrentē cedron: qđ idē eſt: q꞉
gethſemani locꝰ ī q̃ orauit eſt
ad radicē mõtꝰ oliueti vbi eſt
hortꝰ. Gethſemani interp̄tatꝰ
vallis pīguiũ ⁊ loca ⁊ tp̄a ple
na ſũt figurꝰ. Cũ ī mõte orat:
ſurſuꝫ nos hr̄e coꝛ ī orõne do-
cet. Cũ in valle. ⁊ h̄ ī valle pin
guiũ: docet ī orõne hũilitatē ⁊
interne pinguedinē dilectiõis
eſſe ſeruãdaꝫ. b Et orem.
Proxima morte apte orat in
valle pinguedinis: q꞉ ꝑ hũili
tatē ⁊ charitatis pinguedinē
ꝓ nobis ſubijt mortē. c Ce
pit ꝯtriſtari. Nõ timore paſſi-
onis q̃ ad h̄ venerat: ſꝫ ꝓ ſcan
dalo aplõꝝ ⁊ ꝑditione impio
rũ. Hiero. Cepit cõtriſtari
vt veritatē aſſumpti hoĩs ꝓ-
baret. Uere ꝯtriſtatꝰ ē: ſed nõ
paſſio eiꝰ aĩo dñatꝰ: veruꝫ ꝓ-
paſſio ē. vñ ait: cepit ꝯtriſtari.
Cõtriſtatꝰ aũt nõ timore pati-
endi q̃ ad h̄ venerat: ſꝫ ꝓpter infelicē iudã ⁊ ſcãdaluꝫ
aplõꝝ ⁊ eiectionē iudeoꝝ: ⁊ euerſionē hierlm̄. d Tri
ſtis. Aĩa eſt q̃ timet ⁊ triſtatꝰ. Petrꝰ inferioꝛ nõ timet
dicēs: aĩam meã ponã ꝓ te: q꞉ vt hõ vim mortꝰ igno-
rat. Xp̄s timet: q꞉ vt deꝰ in corpe ꝯſtitutꝰ fragilitatem
carnis exponit: q̃ corpꝰ ſuſcepit oĩa debuit ſubire que
corporis ſunt. e Uſꝗ ad mortē. Hyl. Nõ ꝓpter moꝛ
tē ſed donec aplõs ſua liberet paſſiõe. Nõ moꝛs ſꝫ tp̄s
mortis in metu eſt: q꞉ poſt vtutē reſurrectiõis fides ē
firmãda credentiũ. f Si poſſibile eſt. Hoc nõ ꝓ ti
moꝛe ſꝫ ꝓ miſcďia: ne iudei q̃ excuſationē ignorãtie nõ
hñt: me occidant. vñ ait: iſte. i. populi iudeoꝝ: non ſim
pliciter calix. Si poſſibile eſt. vt ſine interitu iudeo
rũ credãt gētiles: paſſionē recuſo. Sinaũt: illi excecã-
di ſunt: vt gentes intrent: fiat non mea ſed tua volun-
tas. g Nõ ſicut ego volo. Augꝰ. Transfigurat in
J. 25. c ſe ſuos: qui nihil aliud vult ꝗ̃ pater. vt ibi: Eſuriui et
de. m. m. Et quid me pſequeris? Docet aũt eos priua
tam voluntatem corrigere ⁊ dirigere iuxta diuinam.
Ambro. Hominem quem veritate corporis demon
ſtrabat: equabat affectu. vt diceret: Sed nõ ſi. ego vo.
ſed ſicut tu. Suſcepit voluntatē meam: ſuſcepit triſtici
am meã. Confidenter triſticiã nomino q̃ crucē p̄dico.
Caro aũt

negabis. † Ait illi petrus: Etiã ſi a
*intellexit ei ꝙ timore mortꝰ p̄diceret eũ negaturũ.*
oportuerit me mori tecũ nõ te ne
*ex amore ⁊ ardore eodem.*
gabo. Similiter et oẽs diſcipuli
dixerunt. † Tunc venit ieſus cum b†
a illis in villam que dicitur geth- c
ſemani. Et dixit diſcipulꝰ ſuiſ: Se d†
*nõ moueamini ſicut nec loco ita nec mente.*
b dete hic: donec vadam illuc et
*a cuiꝰ oratio omniũ redēptio. b pgreſſus pa rum. c quibus ſecretioꝛa manifeſtaret.*
orēm. Et aſſumpto petro et duo- e
*ne putetꝰ irrationalis aĩa chriſti. aĩalia merēt ſed non noꝛunt cur ⁊ quouſꝗ triſtentur.*
c bus filijs ȝebedei cepit contriſta f
d ri ⁊ meſtus eē. Tũc ait illis: † Tri g
*pro iuda damnando.*
e ſtis eſt aĩa mea vſꝗ ad morteꝫ.
*a pondus tribulatiõis. b a ſomno īfidelitatꝰ ⁊ torpoꝛ mētis: ne ingrauãte diabolus obrepat.*
Suſtinete hic et vigilate mecuꝫ. h
*a vt humilitatē mētis habitu corporis oſtendat.*
Et progreſſus puſillum: procidit i
in faciē ſuã orans ⁊ dicens: Pa-
*a i. vt me non moriente mors moriatur.*
f ter mi ſi poſſibile eſt trãſeat a me †
*a quaſi in ſe reuerſus hoc dicit. b hũano af fectu. a docet hũane volũtati volũtatē dĩ ꝓponi*
g calix iſte. Uerũtamen nõ ſicut
ego volo: ſed ſicut tu. † Et venit
ad diſcipulos ſuos et īuenit eos
*a p̄ triſticia ſomnũ vincere nõ pñt. b q꞉ p̄ ce teris erat gloriatꝰ: p̄ ceteris erat increpandus.*
dormientes. Et dicit petro: Sic k
non potuiſtis vna hora vigilare
*a nõ: ne tēremini: ſꝫ ne tentatiõe ſuperamini.*
mecum? Uigilate ⁊ orate vt nõ l
*ideo orandum.*
intretis in tētationē. Spũs qdē m

cordia euãgeliſtaꝝ dicit ꝙ tertia negatio petri fuit inchoata etiaꝫ an
te primũ cantũ galli: añꝗ̃ tñ eſſet ꝯſũmata gallꝰ cantauit: q꞉ negatio
ſm totalitatē ſuã accepta hꝫ aliquē tractum tp̄is. in h̄ enĩ includitur
verbũ illoꝝ q̃ dicebãt petro: Tu ex illis es. ⁊ argumentũ qđ adduce-
bant ex loq̃la eiꝰ: ⁊ negatio petri ſequēs: ⁊ ſic ptꝫ ꝙ bñ potuit inchoa-
ri illa negatio anteꝗ̃ gallus ꝓmo cantaret et
poſt termĩari. Mattheus ꝗ̃ Lucas ⁊ Johes q̃
mar. 14. b dicũt petruꝫ ter negaſſe xp̄m ante ꝓmuꝫ galli-
cantũ: loquunꝰ ſcđo reſpectũ ad negationis
inchoationē. Marcꝰ aũt q̃ dicit tertiã negati-
onē petri eſſe poſt primũ gallicantũ ⁊ añ ſecun
dũ: loquitꝰ ſcđo reſpectũ ad negatiõis ꝯſum-
mationē. a Ait illi petrꝰ: ⁊ ſi opoꝛ. me ⁊c.
petrus ⁊ alij diſcipuli hoc dicēdo nõ dixerunt mar. 14. b
mēdaciũ: q꞉ ſic cogitabãt fore. dixerunt tñ fal- Luce. 22. b
ſum: q꞉ ꝯtrariũ accidit. b Tũc vēit ieſus. Joh. 18. a
Hic ꝯñr oñditꝰ xp̄i deſideriũ ad nr̄am redem-
ptionē. qđ oñdit triplr̄ xp̄s. primo anxiando.
ſcđo orãdo. ibi: Et ꝓgreſſus puſillũ. tertio ꝓ-
ditori occurrēdo. ibi: Ecce appropinq̃bit. Cir-
ca ꝓmũ aduertēdũ ꝙ anxietas animi ē paſſio
cauſata ex apprehenſione magni mali de ꝓxio
īminētis impoſſibilꝰ ad euadendũ. xp̄s aũt vi-
debat mortē acerbiſſimã ſibi de ꝓximo immi-
nentē ⁊ nõ euaſibilē: q꞉ ſciebat hoc eſſe determi-
natũ a deo p̄re: a cuiꝰ determinatiõe non pote
rat declinare cũ nõ poſſet peccare. iſta tñ neceſ mar. 14. b
ſitas libertatē arbitrij nõ tollebat. igitꝰ ex tali Joh. 12. b
morte ſic īminēte chriſtꝰ habebat materiã ma-
xime anxietatis. Item pars ſenſitiua nõ alle-
uiabatꝰ a tali anxietate ex ꝯtēplatiõe diuie eſ-
ſentie ſeu promptitudine voluntatꝰ q̃ erat ī ſu
periori parte aĩe. q꞉ diuĩa virtute fiebat vt ex
ſuꝑiori parte aĩe nõ fieret influētia in inferio-
rem: vt ſic eſſet ibi doloꝛ partis ſenſitiue maxi-
mus ad nr̄am redēptionē. exq̃ ꝗ̃ ex tali anxie-
tate xp̄s nõ fugiebat ſed magꝰ venit ad locuꝫ
vbi ꝓditorē venturũ ſciebat: oñdit deſideriuꝫ
ad nr̄am redēptionē. ⁊ h̄ eſt qđ dr̄ hic: Tũc ve
nit ieſus cũ illis. i. diſcipulꝰ ſuis. c In villã
que dr̄ gethſemani. illa enĩ villa erat ſita in pe
de montis oliueti. ⁊ ꝓpter hoc dr̄ Luc. xxij. ꝙ
venit in montē oliuaꝝ. In fine etiã illius ville mar. 14. b
erat quidã hortꝰ ꝯtēplationi aptus ⁊ illuc in- Luce. 22. e
trauit ieſus: vt dr̄ Joh. xviij. ⁊ eſt vltra torren
tem cedron: vt dr̄ ibidē. q꞉ vallis ioſaphat eſt
intermedia inter montē oliueti ⁊ ciuitatē hie-
ruſalē. torrens aũt cedron currit ꝑ mediũ illiꝰ
vallis: ⁊ ſic ptꝫ ꝙ euãgeliſte ꝯcordant de loco
licet ip̄m diuerſimode nominent. d Et di-
xit diſcipulꝰ ſuis: ſedete hic. hoc dixit octo apo
ſtolis: q꞉ iudas nõ erat ibi: ⁊ tres ſecuꝫ duxit.
vñ ſequitꝰ: e Et aſſumpto petro ⁊ duobꝰ fi
lijs ȝebedei. iſti enĩ tres erãt magꝰ familiares
ipſi xp̄o ⁊ ad eiꝰ ſecreta magꝰ admittebanꝰ ꝗ̃
alij. ratio aũt tacta eſt. ſ. xvij. f Cepit ꝯtriſtari ⁊ meſtꝰ eſſe. hoc fu
it ad oſtendendũ veritatē humane nature: ⁊ ꝙ iſta triſticia fuerit ma-
xima. ſubditꝰ: g Triſtis eſt aĩa mea vſꝗ ad mortē. ⁊ põt li vſꝗ ac-
cipi dupliciter. Uno modo intenſiue: q꞉ tantũ intenſa erat quantum
poterat eſſe vt viſum eſt. Alio mõ extenſiue: q꞉ durauit vſꝗ ad horaꝫ
mortis. h Suſtinete hic ⁊ vigilate mecũ. tanꝗ̃ amici ſpeciales q̃
debent in anguſtijs amicis aſſiſtere. i Et ꝓgreſſus. Hic oſtenditꝰ
chriſti deſideriũ ad noſtrã redemptionē: q꞉ ꝑ orationē offerebat ſpiri
tum deo patri ꝓ nobis: que quidē oratio oſtenditꝰ ꝑfecta q꞉ ſolitaria.
cum dr̄: Et ꝓgreſſus puſillum. recedens aliquantulũ a predictis tri-
bus apoſtolis: quia oratio eſt eleuatio mentis in deum: quod melius
fit qñ homo eſt ſequeſtratus ab alijs. ſecũdo q꞉ humilis. quod nota-
tur cum dr̄: Procidit in faciem ſuã. tertio quia deuota. cũ dicit: Pa-
ter mi. quarto quia recta: quia noluit contraire predeſtinationi diui-
ne. quod notatur cum dr̄: Si poſſibile eſt tranſeat a me ⁊c. ſed volun-
tatem ſuam ſupponit voluntati diuine dicens: Ueruntamen nõ ſicut
ego volo: ſed ſicut tu. Quinto charitatiua: quia in agonia mortꝰ po-
ſitus dulciter ſuos diſcipulos viſitabat. vnde ſequitur: Et venit ad
diſcipulos ſuos ⁊c. k Et dicit petro. Sic. q. d. nõ oſtendis tantuꝫ
feruoreꝫ facto quantũ verbo. ſequitꝰ: l Uigilate ⁊ orate vt non in-
tretis in tentationem. i. vt non ſuperemini a tentatione de ꝓximo im-
minente: ſicut fuerunt poſtea ſuperati. m Spũs quidē promptus
eſt. ad dicendũ. ſ. ꝙ eſtis parati ꝓ me mori: vt ptꝫ ex precedentibus.

 Caro aũt

a Caro aũt. Nõ de ſe vtiq̧ h̃ dicit: ſed de his q̃ dixerunt ſe nunq̧ negaturos. b Iterũ ſcḋo ⁊c. Scḋo orat .i. ſi nõ põt niniue ſaluari aliť: niſi aruerit cucurbita .i. pplˀs iudeoꝝ qui prius fuit eiꝰ tabernaculũ: vt me occidat. c Orauit tertio. Tribꝰ vicibꝰ orauit: vt ⁊ nos a pteritꝭ petis veniã ⁊ a pñſentibꝰ malis tutelã ⁊ a futurꝭ periculis cautelã oremꝰ: ⁊ vt oẽm orõnẽ ad patrẽ ⁊ filiũ ⁊ ſpm̃ſctm̃ dirigamꝰ. Item ſicut ẽ trina tẽtatio cupiditatis: ita ⁊ timorꝭ. Eſt eñi ↄcupiſcẽtia carnis: ↄcupiſcentia oculoꝝ ⁊ ambitio ſeculi. Eſt ⁊ timor mortis ⁊ timor vilitatꝭ ⁊ timor doloris. Contra que oĩa docet nos debere muniri orõne. Vñ ⁊ ꝓpter trinã tentationẽ paſſionis: põt intelligi dñs ter oraſſe.

d Dormite. Prĩo reuertẽs obiurgat. ſcḋo ſilet et tertio q̄ſcere iubet. Quia p̃mo poſt reſurrectionẽ diffidẽtes rephẽdit. Scḋo miſſo ſpũ gratos ad ↄtuẽdã euãgelij libertatẽ oculos viſitauit. Tertio claritatꝭ ſue reditu ſecure q̄eti eos reſtituit. Dormite iam ⁊ q̄ſcite. Huic videť repugnare qḋ connectit. Ecce appropin. Sꝫ ſciẽdũ poſt illa vba ſiluiſſe dñm vt fieret quod ꝓmiſerat. Et poſt hm Mar. 14. e Marcũ itulit ſufficit ꝙ iã req̄euitꝭ. Addiditq̧. Ecce ap. Surgite eamꝰ. Vltro nos offeramꝰ nõ timẽtes inueniãt vt ↄfidẽtiã ⁊ gaudiũ paſſuri videãt. ¶ Poſtq̃ꝫ in hortũ dñm cũ diſ- Ioh. 18. a cipulꝭ ingreſſuꝫ dixit Iohes: non cõmemorat q̄d illic egerit donec traditor venit. e Cũ gla. ⁊ fu. Factũ cõgruit mutate mẽti. Iã enim venit cũ fuſtibꝰ: q̄ q̃dudu cũ pace fuit trãq̄llꝰ ſe egit. f Dedit eis ſig. Putabat ſigna q̃ viderat nõ diuinitꝰ ſꝫ magice facta: ⁊ quẽ ĩ mõte trãſformatuꝫ audierat: tiebat ne tali mõ nũc de manibus eoꝝ labereť: ⁊ iõ dabat ſignuꝫ. g Quẽcũq̧ oſcu. Habebat adhuc aliq̄d õ verecũdia diſcipli cũ ñ eũ palam tradidit pſecutoribꝰ: ſꝫ ꝑ ſignuꝫ oſculi. h Et oſcu. eſt. Suſcepit dominꝰ oſculũ: nõ ꝙ nos ſimulare doceat: ſed ne ꝓditionẽ fugere videať. Pſ. 119. vñ: Cũ his q̃ o. pa. e. pa. i Seruũ Myſtice pñ. ſa. Myſtice. Seruꝰ eſt pplˀs iudeorũ p̃ncipibꝰ ſacerdotũ indebite mãcipatus q̃ in dñi paſſiõe dexteraꝫ aurẽ .i. ſpũalẽ intelligentiã ꝑdidit. Siniſtra .i. vilitate lr̃e ↄtentꝰ: nõ petro tollente: ſꝫ diuĩo iudicio ablatã pandente: q̃ auris ĩ his q̃ credere maluerũt pietate dei reſtituiť. Vel aurꝭ amputata ⁊ ſanata: ſignificat auditum ablata vetuſtate innouatum vt ſit in nouitate ſpiritus: et non in vetuſtate littere: quod cui datur a chri- † 23. q. 1. ſto: datur ⁊ regnare cum eo. Vñ be- §. 1. ne malchus ð͛: qḋ ẽ rex vel regnaturus. Qḋ ſeruꝰ inuentꝰ eſt: ꝑtinet ad vetuſtatẽ q̃ in ſeruitutẽ generat. Sꝫ cũ acceſſit ſanitas figurata eſt liber- Luc. 22. e tas. Lucas addit ꝙ dñs tangens aurẽ ſanauit: qui nec hoſtibꝰ pietatꝭ obliuiſciť. k Gladio peribunt. Gladio illo q̃ igneꝰ vertiť añ ꝑadiſũ .i. diue vĩdicte: ⁊ gladio ſpũſ .i. vbi dei. l An putas. q. d. nõ indigeo auxilio aplõꝝ duodecim qui poſſum hr̃e duodecim legiones angeloꝝ: in q̄bus ſunt .lxxij. milia. quibꝰ omniũ gentiũ lingua exprimiť. Innuit aũt nõ eſſe verendum ſi ↄtra ieſum oẽs natiões inſurgãt: cũ multo fortiores ipſe habeat exercitꝰ angeloꝝ. Aliter: Hic numerꝰ ſignificat oẽ genus hoĩm cũ romano impio ↄtra iudeos certaturũ. hi ſunt angeli dei q̃ poſt reſurrectioneꝫ anno quadrageſimoſecũdo

Vẽ cũ Tyto et

---

a ſ ad confitendũ. b ſ ad tolerandũ. ſ q: nondum induti virtute ex alto.
a prõmptus eſt: caro autẽ infirmã. a
ſ ſimiliter.
b †Iterũ ſecũdo abijt ⁊ orauit dicẽs: b
Pater mi: ſi non poteſt hic calix
trãſire niſi bibã illũ: fiat volũtas
ſ vicina iã negatione.
tua. Et venit iterũ: ⁊ inuenit eos
ſ langueſcebant eñi eoꝝ oculi vicina negatiõe.
dormientes. Erãt eñi oculi eorũ
grauati. Et relictꝭ illis: iterũ abijt c
c ⁊ orauit tertio eundẽ ſermonẽ di
cẽs: †Tũc vẽit ad diſciplˀos ſuos: ⁊ d e
ſ interpoſito aliquo ſilentio ait:
d dicĩ illꝭ: Dormite iã ⁊ req̄ſcite. †Ec f g†
ce appropinquabit hora: ⁊ filius
hoĩs tradeť in manꝰ peccatoruꝫ.
Surgite eamꝰ. Ecce appropinq̄- h
bit q̃ me tradet. †Adhuc eo loq̄n i
te: ecce iudas vnꝰ de duodeci ve- k l
e nit: ⁊ cũ eo turba mlťa cũ gladijs
⁊ fuſtibꝰ: miſſi a p̃ncipibꝰ ſacerdo
tũ ⁊ ſeniorĩbꝰ populi. †Qui autẽ m
f tradidit eũ dedit eis ſignũ dicẽs:
g Quẽcũq̧ oſculatus fuero: ipſe eſt †
tenete eũ. Et ↄfeſtim accedẽs ad
a ſ impudens confidentia magiſtrum vocare et oſculum iungere ei quem tradidit.
h ieſum dixit: Aue rabbi. Et oſcu- n
latꝰ eſt eũ. Dixitq̧ illi ieſus: Ami o
ſ ironice. ſ vt ſupra: amice quõ huc intraſti nõ habens veſtem nuptialem.
ce ad quid veniſti? Tunc acceſſe p
runt ⁊ manus iniecerũt in ieſum q
ſ petrus eodẽ ardore mentis quo cetera: zelatus ſicut phinees.
et tenuerunt eum. †Et ecce vnus r s
ex his q̃ erãt cum ieſu: extendenſ t
manũ exemit gladiũ ſuũ ⁊ percu v†
i tiẽs ſeruũ p̃ncipis ſacerdotũ am
putauit auriculã eiꝰ. Tũc ait illi x
ſ ceſſet vindicta: exhibeatur patientia: vt patientiã noſtros doceamus: non vindictam.
ieſus. †Cõuerte gladiũ tuũ ĩ locũ †
a ſ nã ecõtrario. ſ ſi oẽs tũc ⁊ iudei. b ſ exercuerit vindictã: ipſa vindicta erit eis cã ꝑditiõis.
ſuum. †Omẽs eñi qui acceperint y
k l gladiũ: gladio ꝑibũt. An putas z
q: nõ poſſum rogare patrẽ meũ

---

a Caro aũt infirma. ad ſuſtinendũ imminenteꝫ tentationem. Hoc aũt dixit chriſtꝰ: q: apli dixerãt ex magno ſpũ p̃us morteꝫ ſubire q̃ꝫ ipm negare: cuiꝰ tñ ↄtrariũ fecerũt impulſu carnali. b Iterũ ſe. ab. ⁊ orauit ⁊c. vbi iterat orõnẽ: oſtẽdens ꝙ oratio debet ee ↄtinua. ſilr iterat viſitationem diſcipuloꝝ ſuoꝝ: q: opa charitatꝭ debẽt eſſe coniũcta orõni. c Et relic. il. iteruꝫ abijt ⁊ ora. ⁊c. ter orõnẽ replicat ſicut ter fuerat tẽtatꝰ: vt ẜ. patuit. iiij. ca. vt liberet nos p̃mo a malis p̃teritꝭ ꝑ veniã. ſcḋo a pñtibus ꝑ tutelã. tertio a futurꝭ ꝑ cautelam. † mar. 14. d d Tũc venit ad diſci. ſu. ter diſciplˀos viſitat ſič ter orat: rõne p̄dicta. e Et dicit illis. q̄ſi cõpatiẽs eis ꝓpter tẽtationẽ de ꝓximo eis ĩminẽtẽ. f Dormite iã ⁊ req̄ſcite. q. d. paꝝ poteritꝭ h̃ facere. g Ecce appropinq̄bit. Hic tertio oñdiť xp̄i deſideriũ ad nr̃am redẽptionẽ: q: nõ ſolũ ꝓditorẽ cũ turba venientẽ expectauit: ſꝫ etiã occurrit eis: vt habetur Ioh. xviij. ⁊ h̃ eſt qḋ ð͛ hic: Ecce appropinq̄bit hora. Poſtq̃ꝫ eĩ dixerat diſcipulis ſuis: Dormite iã ⁊ req̄ſcite: † Mar. 14. e vt dictũ eſt. dimiſit eos aliq̃ntulũ q̄ſcere: poſtea cũ ſciebat iudã appropinquantẽ dixit eis: ſufficit. Ioh. 2. e vt hr̃ Marci xiiij. ⁊ tunc euigilauit eos dicens: Ecce appropinquabit hora ⁊c. h Surgite eamꝰ obuiã .ſ. iude ꝓditori. i Adhuc eo loquẽte. Hec eſt tertia pars p̃ncipalis huiꝰ ca. vbi deſcribiť ipſiꝰ chriſti traditi cõprehẽſio: vbi tria deſcribũtur ꝑ ordinẽ. † mar. 14. e Luce. 22. e Ioh. 18. e Primũ eſt ipſiꝰ iude fraudulentia. ſcḋm eſt xp̄i patientia. ibi: Et ecce vnꝰ. tertiũ diſcipuloꝝ ignauia. ibi: Tunc diſcipuli. Circa primũ ð͛ ſic: Adhuc eo loquẽte. ſcꝫ chriſto cũ diſcipulis † mar. 14. e ſuis. k Ecce iudas vnꝰ de duodecim .i. de principalibꝰ chriſti diſcipulis. l Venit ⁊ cũ eo tur. mul. cũ gladijs. talẽ aũt turbã adduxit ne forte alij credentes in chriſtũ ipm vellẽt eripe. Sequiť: m Qui aũt tradi. eum dedit eis ſignũ ⁊c. h̃ autẽ fecit ne loco xp̄i caperẽt iacobũ minorẽ q̃ erat ſilis xp̄o in facie. ꝓpter qḋ dicebať ſpecialr frater dñi. Seq̄tur: n Et oſcu. eſt eũ. in q̃ apparet maxia xp̄i mãſuetudo q̃ nõ negauit oſculũ ꝓditori ſuo. o Dixitq̧ illi ieſus. Amice ad q̄d veniſti? q. d. tu oñdis amicitiã ſigno: ⁊ agis ꝓditionẽ de facto: qḋ p3 ex h̃ qḋ ſeq̄tur: † Mar. 14. e Luc. 22. e Ioh. 18. b p Tũc acceſſerũt illi .ſ. q̃ erãt ĩ comitiua iude. q Et ma. inie. ĩ ieſuꝫ. violẽtas q̃tuꝫ erat ex pte ipoꝝ. r Et tenuerũt eũ. q̃ñ eñi voluit tentꝰ ẽ ⁊ nõ añ. s Et ecce vnꝰ. Hic deſcribiť ipſius xp̄i patiẽtia: ⁊ h̃ duplr̃. p̃o facto. ſcḋo vbo ibi: In illa hora. patiẽtia aũt xp̄i facto oñdiť in h̃ ꝙ diſciplˀos ſuos ꝓhibuit a defenſione eiꝰ. ⁊ h̃ eſt qḋ ð͛: Et ecce vnꝰ ex his q̃ erãt cũ ieſu. iſte fuit petrꝰ: vt hr̃ Ioh. xviij. t Exten. ma. exemit gla. ſuũ. habebat enim duoſ gladios: vt hr̃ † Gen. 9. a Apoc. 13. a Lu. xxij. q̄s credo fuiſſe duos cultellos magnos q̄bꝰ vſi fuerãt in deciſiõe agni paſcalis. v Et ꝑ. ſer. p̃n. ſa. am. auri. eiꝰ. queꝫ tñ ſanauit xp̄s tactu ſuo: vt hr̃ Lu. xxij. ⁊ in h̃ adimpleuit xp̄s qḋ predixerat Mat. v. Bñfacite his q̃ oderũt vos. x Tũc ait il. ie. cõ. gla. tu. ĩ lo. ſu. ꝓhibẽdo defenſionem armoꝝ: ⁊ ad h̃ inducit multiplicẽ rõnẽ. p̃ma rõ tãgiť ibi: y Oẽs eñi q̃ acce. gla. gla. ꝑibũt. gladiũ eñi accipit q̃ eo vtiť ad vindictã ꝓpria auctẽ: ⁊ h̃ ẽ illicitũ. gladio aũt vtiť ſibi tradito q̃ eo vtiť ad pũitionẽ maloꝝ ꝫelo iuſticie. ſič p̃ncipes q̃ auctẽ hñt a deo: q: in h̃ p̃nceps miſter dei ẽ: vt dič paulꝰ aplˀs. ⁊ ſilr miniſtri ad h̃ a p̃ncipibꝰ ↄſtituti. ſcḋam rõnẽ aſſignat cũ dicit: z An pu. q: ñ poſ. r. p. m. q. d. ꝑ aliã viã poſſem euadẽ ſi velleť.

Et exhi

℟ cum Tito ⁊ Veſpaſiano ꝑdiderūt homici
das illos: ⁊ ciuitatē illoꝝ ſuccenderūt.
a Exiſtis cū gla. Stultū eſt cū gladijs
⁊ fuſtib⁹ q̄rē eū q̄ vltro ſe tradit: ⁊ i nocte
ꝑ ꝓditorē .q. latitātē īueſtigare: q̄ q̄tidie ī
tēplo docebat. Sʒ
in tenebris cōgre
gamī: q: poteſtas
veſtra in tenebris
eſt. b Tūc di
ſcipuli om. re. ⁊c.
Sicut petrus qui
negationē lachry
mis abluit: ⁊ ꝯfeſ
ſione dei funditus
extirpauit: recupe
rationē eorū ſigni
ficat qui in marty
rio labunt̄. Ita ce
teri q̄ fugerūt cau
telam fugiendi do
cent eos qui min⁹
idonei ſunt feren
dis aduerſis: qui
bus tutius eſt late
re q̄ ſe diſcrimini
cōmittere. Ita etiā
adoleſcēs qui ſʒm
Marcū relicto ſy
done nudus ꝓfu
git: illorum opus
⁊ animū deſignat
q̄ vt ſecuriores ſint
oīa q̄ in mūdo ha
bent abijciunt: et
deo potius famu
lari nudi q̄ heren
do mundi rebus:
materiaʒ tentandi
⁊ a deo reuocandi
dare didicerīt. Iu
xta exemplum Io
ſeph q̄ relicto adul
tere pallio: maluit
nudus deo q̄ idu
tus meretricis cu
piditatibus ſerui
re. c Ad cay
phā. Conuenit no
men actioni. Cay
phas .i. inueſtiga
tor vl' ſagax ad im
plendaʒ .ſ. doli ſui
nequiciā. Vel vo
mens ore: q: impu
dens ad ꝓferēduʒ
mēdaciū: ⁊ ad pe
tendū homicidiū.
d A longe ⁊c.
Merito a lōge: q̄ ī
ꝓximo fuerat ne
gaturus. Signifi
cat eccleſiā imita
turā paſſioneʒ xp̄i
longe differenī: q:
eccl'ia patit̄ ꝓ ſe: ſʒ
chriſt⁹ ꝓ eccleſia.
e Duo falſi teſtes ⁊c. Quia nō eo ſenſu
q̄ dñs q̄ dixit de tēplo corporis ſui: ſed in
verbis quibuſdā additis vel mutatis q̄
ſi iniuſtā calumniā faciūt. Dñs dixerat:
Soluite tēplū hoc. cōmutant. Ego diſſol
uam templū hoc manufactū. Vos inquit
ſoluite: nō ego: q: nō eſt licitū vt nob̄ mor
tem inferam⁹. Itē dñs dixerat: Et ego ſu
ſcitabo: qđ de aīali tēplo dicit̄. Illi iuer
tunt. Aliud manufactū edificabo: vt ꝓ
prie de templo iudaico dictum videatur.
℟ Tu dixiſti

et exhibebit mihi modo plus q̄ a
duodeci legiōes angeloꝝ? Quō b
a ſ quibus dictū eſt: tanq̄ ouis ad occiſionē du
ctus eſt ⁊c.
ergo iplebunt̄ ſcripture? Quia c
ſic oportet fieri. In illa hora di d
xit ieſus turbis: † Tanq̄ ad latro e
a nē exiſtis cū gladijs ⁊ fuſtib⁹ cōp
hēdere me. Quotidie apud vos f g
ſedebā ī tēplo docēs: ⁊ nō me te h
a ſ promptum animū oſtēdit ad patiēdū vt ſua
paſſione aſſerat propheterū dicta.
nuiſtis. Hoc aūt totū factū eſt vt i
a ſ tanq̄ ouis ad oc. duc. eſt.
adiplerent̄ ſcripture ꝓphetaruʒ.
ſ timorem mortis oſtendentes.
b † Tūc diſcipli oēs relicto eo fuge k † l
rūt. † At illi tenētes ieſū duxerūt m
ſ qui pontificatū illius anni precio ſibi acquiſie
rat ab herode romanorum principe: prius tamen
ad annam: vt iohannes ait.
c ad cayphā ꝓncipē ſacerdotū vbi n
a ſ in hoc diuerſus a ceteris.
ſcribeꝫ ſeniores ꝯuenerāt. † Petr⁹ o p q
a ſ hoc eſt deuotiōis. b ſ hoc timoris nature ē.
ꝙ negat: obreptiōis eſt. ꝙ penitet: fidei eſt.
d aūt ſequebat̄ eū a lōnge vſq̄ ad r
a ſ ꝑ diſcipulum notū pontifici.
atriū ꝓncipis ſacerdotū. Et igreſ s
ſ expectās vl' amore diſcipli vl' hūana curioſitate.
ſus intro ſedebat cū miniſtris: vt t
ſ quid iudicaret pontifex de ieſu.
videret finē. † Pricipeſ āt ſacerdo v
tū ⁊ oīe cōciliū querebāt falſum
teſtimoniū ꝯtra ieſuʒ: vt eū mor x
a ſ q: nō erāt vt marc⁹ ait: cōueniētia teſtimōia.
ti traderēt. Et nōn inuenerūt: cū y ʒ
multi falſi teſtes acceſſiſſent. No a
e uiſſime auteʒ venerunt duo falſi
teſtes et dixerūt: Hic dixit: † Poſ †
ſuʒ deſtruere tēplū dei: ⁊ poſt tri
a ſ motu corporis indicat inſaniam mentis.
duū reedificare illud. Et ſurgēns b
a ſ iratus: q: non inueniebat calumnie locum.
princeps ſacerdotū ait illi: Nihil c
reſpōdes ad ea que iſti aduerſuʒ
ſ ſciēs vt de⁹ q̄cq̄d rñdiſſet torquēdū ī calūniaʒ.
te teſtificantur? Ieſus autē tace †
bat. Et pꝛiceps ſacerdotū ait illi:

a Et exhi. mi. mo. pl⁹ q̄ duo. le. angeloꝝ. Legio aūt vna ꝯtinet ſex milia ſexcētos
ſexaginta ſex. Aduertēdū tñ ꝙ chriſt⁹ nō dicit h ꝓpter h ꝙ indigeret auxilio an
geloꝝ: ſʒ magis ecōuerſo ipi indigēt ſuo auxilio: ſed vt oñdat ꝙ plurib⁹ modis po
terat euadere. tertiā rōnē aſſignat cū dicit: b Quō ḡ imple. ſcripture. ſcripture
eni diuinit⁹ reuelate loquunt̄ expꝛſſe de paſſiōe xp̄i: vt pʒ Eſa. liij. ⁊ Dan. ix. et in
plurib⁹ alijs loc' q̄ nō implerent̄ niſi chriſt⁹ pateret̄: qđ ē
incōueniens cū ſint deriuate a ꝓma veritate. ꝓpter quod
ſubdit̄: c Quia ſic oportet fieri. q: ex q̄ aliqđ eſt ſʒm p̄
deſtinationeʒ a deo ꝑdictū oportet illud impleri. ibi eni ē
neceſſitas ꝯſequētie: nō tñ ꝯſequētis: q: diuina p̄ordina
tio nō tollit ꝯtingentiā a rebus. d In illa hora. Hic
oñdit̄ chriſti patiētia xbo: q: nō impatient̄ ſed rōnabili
ter allocut⁹ eſt turbā ipm cōprehēdentē. e Tanq̄ ad
la. ex. cum gla. ⁊ fu. cōpre. me. q. d. ſine cauſa feciſtis hoc. Mar. 14. e
cui⁹ rōnē aſſignat dicens: f Quotidie .i. frequēter. Luc. 22. f
g Apud vos .i. in loco in q̄ habetis poteſtatē. h Se Ioh. 18. d
debā pacifice ⁊ ſine armis. q. d. tunc potuiſt' me cōprehē
dere. Sequit̄: i Hoc aūt to. fa. eſt vt ad. ſcri. ꝓpharū.
q: ſcriptuʒ erat de eo ꝙ tractaret̄ ſicut malefactor ⁊ latro.
Eſa. liij. Cum ſceleratis reputat⁹ eſt. k Tunc diſcipu
li. Hic deſcribit̄ diſcipuloꝝ chriſti ignauia. Primo omni
um in generali. cum dr̄: Tunc diſcipuli oēs relicto eo .i.
chriſto magiſtro ſuo. l Fugierūt. timore ꝑterriti: ⁊ di
miſerunt magiſtrū ſuū ſicut latronē deduci. ꝓpter qđ ſeq̄
tur: m At illi tenētes ieſum duxerūt eū ad cayphā.
licet enim primo fuerit duct⁹ ad Annā: vt dr̄ Ioh. xviij. Mar. 14. e
tñ Mattheus de hoc nō facit mentionē: q: nō fuit ibi du
ctus niſi ꝓpter quandā reuerentiā: q: erat ſocer cayphe: Mar. 14. f
vt ibidē dr̄. n Ubi ſcribe .i. legiſperiti. o Et ſenio Luce. 22. f
res .i. iudices ordinarij: vt viſum eſt. ſ. ca. xv. p Con Ioh. 18. b
uenerant. ad examinandū ⁊ iudicandū chriſtū. q Pe
trus aūt. Hic ponit̄ ignauia petri in ſpeciali. cum dicit̄:
r Sequebat̄ eū a longe: q: timebat ne ꝑciperet̄ eius eē
diſcipulus. Sequit̄: s Et ingreſſus intro: q̄liter antē Mar. 14. f
ingreſſus fuerit dicit̄ Ioh. xviij. ſ. ꝑ impetrationē alteri⁹ Luc. 22. f
diſcipuli q̄ erat not⁹ pontifici. t Ut videret finē. licet Ioh. 18. c
aūt nō auderet chriſtū ꝯfiteri ſeu defendere: tñ volebat vi
dere qđ finaliter fieret de eo. v Principes. Hec ē q̄r
ta pars principalis hui⁹ ca. in qua deſcribit̄ ipſius chriſti
apprehenſi illuſio: vbi quattuor tangunt̄ ꝑ ordineʒ. pri
mū eſt ei⁹ accuſatio maligna ꝑ falſos teſtes. ſcđm accuſa
ti iniuſta ꝯdēnatio ꝑ malos iudices. ibi: Et ſurgens. ter
tium ꝯdēnati vituperatio ꝑ malignos apparitores. ibi: Mar. 14. f
Tunc expuerūt. quartum petri negatio ꝑ tres vices. ibi: Luce. 22. g
Petrus autē ſedebat. Circa primuʒ dicit̄ ſic: Principes
autē ſacerdotū ⁊ oīe ꝯſiliū querebāt falſum teſtimoniū:
q: verū non poterant inuenire. x Ut cum morti trade
rent. ꝑ pilatū preſidem: q: ipſi nō habebant altā iuſticiā.
y Et nō inuenerūt. vnde poſſent eū accuſare tanq̄ di
gnum morte corā pilato. ʒ Cum multi falſi teſtes ac
ceſſiſſent. ad id. qđ quod dictū eſt ꝓcurandū. a No
uiſſime auteʒ venerūt duo falſi teſtes ⁊ dixerūt: hic dixit:
Poſſum deſtruere templū dei. Sed querit̄ quomō iſti di Mar. 14. f
cuntur falſi teſtes: q: Ioh. ij. ſcribit̄ ꝙ chriſtus dixit iu Ioh. 2. d
deis: Soluite templū hoc ⁊ in tribus diebus excitabo il
lud. quod videt̄ idem eſſe cū eo quod hic dicit̄. Dicendū
ꝙ illa verba que dixit chriſt⁹ Ioh. ij. intelligunt̄ de tēplo
corporis ſui: vt ibidē dicit̄. ⁊ hoc ſonant verba ibidē po
ſita. q: dixit ibi: Soluite templū hoc: nō precipiendo eis
ſed ꝑdicendo eis q̄d eſſent facturi diſſoluendo corp⁹ eius:
quod erat templū ſpirituale dei. vnde ſenſus eſt: Solui
te .i. ſoluetis corpus meū ꝑ mortē quā mihi infere tis. vn
de ſequit̄ ibidē: Et in tribus dieb⁹ excitabo illud. Excita
re eī eſt a ſomno mortis reuocare: qđ nō cōpetit tēplo ma
teriali ſed templo ſpūali .ſ. ſuo corpori. iſti autē teſtes loq̄
bantur ac ſi de templo materiali chriſtus itellexiſſet cum
dicebat: in tribus diebus reedificabo illud: quia reedi
ficare pꝛoprie reſpicit templum materiale. Item non dixit deſtruam: vel poſſum
deſtruere vt ipſi iponūt. ſed dixit: Soluite .i. ſoluet' mortē mihi inferēdo: predicēs
mortem ſuā ⁊ reſurrectionē: vt pʒ ex ꝑdictis. ⁊ ſic patet ꝙ iſti teſtes mutauerunt
verba eius ⁊ ſententiaʒ in quo apparet falſitas eorum. dato etiam ꝙ bene repetiſ
ſent verba eius ⁊ ſententiā: tamen poſſunt dici falſi teſtes alia ratiōe .ſ. ex falſa in
tentione: quia intendebant procurare mortē innocētis. b Et ſurgens. Hic cō
ſequenter oſtenditur qualiter chriſtus condēnatus eſt ꝑ malos iudices. dicit er
go ſic: Et ſurgens princeps ſacerdotuʒ. ex impatientia ſurrexit de tribunali: quia
non inueniebat vnde poſſet iuſte chriſtus condemnari. c Ait illi: Nihil reſpō
des ad ea que iſti aduerſum te teſtificantur? quia ea que contra chriſtum dicebau
tur erant falſa ⁊ reſponſione indigna: ideo nolebat reſpondere. Item quia vole

 bat adim

Mar.15.a a Tu dixiſti ⁊c. Marcus: ego ſum: qđ idē eſt: ⁊ ē ſimi-
lis ɔtra pilatū ⁊ cayphā reſpōſio. vt a ꝓpria ſniā ɔdem-
nenť. b Filiū hoīs ⁊c. Ḷe in forma quā iudicabit ex-
altatū ⁊ habentē nomē qđ eſt ſup oīe nomē. c Sci-
dit veſtimēta ſua ⁊c. Furor ꝗ fecit de ſolio ſurgere facit
⁊ veſtem ſcindere. Magno my-
ſterio: cū veſtis dñi nec a militi-
bus ſcindi potuit. Significat eī
ſacerdotiū eorū ꝓ ſcelerib⁹ pon-
tificū eſſe penit⁹ ſoluendū. Sed
ſoliditas eccleſie ꝗ veſtis dei di-
citur: vſqȝ in finē ſeculi indiru-
pta manebit. Mos eſt iudeo-
rū cū aliqđ blaſphemie audiūt:
Act.14.b ſcindūt veſtimēta. Uñ Pau-
lus ⁊ barnabas fecerūt in lica-
onia: cuȝ dicti ſunt iupiter et a-
pollo. d Tūc expuerūt ⁊c.
Sicut tūc conſputus eſt ſaliuis
G infideliū: ita nūc opprobrijs ex-
honorať falſoꝝ fideliuȝ. ⁊ cola-
phis .i. blaſphemijs eorūdē ce-
ditur. e Prophetiza ⁊c. Di-
cunt ɔtumeliā ei ꝗ ſe ꝓphetam
haberi voluit a ppl'is. Uela-
Mar.14 g uerūt eī faciē eius ſm Marcū:
nō vt eorū ſcelera nō videat: ſed
vt a ſeipis gratiam cognitiōis
eius abſcōdant. Sicut velū fu-
it ſup faciē moyſi qđ vſqȝ hodie
manet. f Una ancilla. Cur
pma ancilla ꝓdit cū viri mag'
poterant cognoſcere: niſi vt iſte
ſexus oſtendať in necē dñi pec-
caſſe: ⁊ p paſſionē redempt⁹. Et
iō mulier pma reſurrectōis my-
ſteriū accepit: ⁊ mandata cuſto-
diuit: vt veterem pūaricatiōis
aboleret errorē. Sicut p femi-
nā hoſtis antiqu⁹ pmū parentē
ſeduxit: ita p mulierē ad mgřm
negandū quē xpm filiū dei ɔfeſ-
ſus fuerat pncipē eccl'ie compel-
lit. g Exeunte aūt. Hic Mar-
cus adiplet qđ iſte breuitať cā
mar.14.g omiſit. Exijt inqt foras añ atri-
um: ⁊ gallus cātauit. ꝗ reuerſo
in atrio fit negatio. Exeūte au-
Ibidem tem. In hac ſcđa negatiōe a du-
obus cōpellit. ab ancilla: vt ait
Matthe⁹ ⁊ Marc⁹: ⁊ ab alio:
Luce.22.f vt ait Lucas dicēs: Et poſt pu-
ſillū ait alius: Et tu de illis es.
In hoc puſillo exijt: ⁊ reuerſus
ſtans ad focū vt Iohes ait: ite-
rū negat. Exeūte ḡ illo .i. cū exi-
ret: ħ eſt cū exurgeret vt exiret.
aīaduertit eū ancilla: ⁊ dixit hiſ
ꝗ circa ignē erāt. Quib⁹ rediēs
iurat Petr⁹: Nō noui hoīem:
id eſt nō ſuȝ ei⁹ diſcipul⁹: in ꝗ ⁊
ipm xpm negauit. Nota pmū
ait: Neſcio qđ dicis. ſcđo cū iu-
ramēto negauit. tertio cepit de-
teſtari ⁊ iurare quia nō nouiſſet
hoīeȝ. Quia pſeuerare in pctō
dat incrementū ſcelerū: ⁊ ꝗ mi-
nima ſpernit cadit i maiora. h Nō noui ho. Ex noxia
prauoꝝ colloquia ꝗ cogūt petrū negare chriſtū vl' hoīeȝ
ſe noſſe: quē ɔfeſſus ē inter diſcipulos dī filiū. i Qui
Ioh.18.e ſtabāt. Iohes ⁊ Lucas vnū dicūt cognatū malchi. Sed
Luce.22.f vel eſt plurale ꝓ ſingulari. vel vn⁹ erat ꝗ euȝ viderat: et
precipue dicebat: quē ſecuti ceteri ſimul arguebant.
k Et ɔti. gal. can. Poſt tertiā negationē ſequiť galli-
cantus. Sacra reꝝ p ſtatū tēpoꝝ deſignanť. Media no-
cte negat: in gallicantu penitet. poſt reſurrectionē ſub lu-
ce quē ter negauerat ter ſe amare ꝓfeſſus eſt. Quia ꝗ i
tenebris obliuiōis errauit: ſperate iā luc' rememoratiōe
correxit

† Adiuro te p deū viuū vt dicas a
nobis ſi tu es chriſtus fili⁹ dei. Di-
a ſ. didiciſti in lege. b ſ. quāuis me hominem cōdemnaris: tamen dico.
a cit illi ieſus: Tu dixiſti. † Uerūnta- b c
men dico vobis: Amodo vide-
b bitis filium hominis ſedentem a
a ſ. ad iudiciū i nube vel mirabiliť opantē i ſcīs.
dextris virtutis dei ⁊ venienteȝ
in nubib⁹ celi. † Tunc princeps ſa- d
c cerdotū ſcidit veſtimenta ſua di-
cens: Blaſphēauit. Quid adhuc e
egem⁹ teſtib⁹? Ecce nūc audiſtis
blaſphemiā. Quid vobis videť?
a ſ. qꝛ cū blaſphemū putauerē iō morti addixerūt
At illi reſpōdētes dixerūt: Reus
a ſ. ſignificat eos ꝗ gratie eius pñiā reſpuunt.
d eſt mortis. † Tūc expuerūt in fa- f †
a ſ. colaphis cedunt ꝗ honores ſuos preferunt.
ciem eius: ⁊ colaphis eum cede- g
ſ. ſignificat eos qui eum veniſſe negant. tanꝗ̄ p ſentiā eius a ſe repellētes. ſ. vel alpas.
runt. Alij aūt palmas i faciē eius
e dederunt dicentes: Prophetiza h
nobis chriſte: Quis eſt ꝗ te per-
a ſ. non appropinquabat ieſu: ne miniſtris aliqua ſuſpicio oriretur.
cuſſit? † Petrus vo ſedēbat foris i
f in atrio: et acceſſit ad eū vna an- k
cilla dicens: Et tu cū ieſu galileo
a ſ. qꝛ māifeſtare ſe expauit ꝗ adhuc nolebat mori
eras? At ille negauit coram om- †
nibus dicēs: Neſcio quid dicis.
g Exeūte autē illo ianuā: vidit euȝ
ſ. cum quibus calefaciebat ſe petrus.
alia ancilla: ⁊ ait his qui erāt ibi:
Et hic erat cum ieſu nazareno.
a ſ. ab illis inquiſitus qbus ancilla ꝓpalauerat.
Et iteꝝ negaui cū iuramento: qꝛ
a ſ. Lucas ait: quaſi facto interuallo vnius hore.
b non noui hominem. Et poſt pu-
i ſillū acceſſerūt qui ſtabāt: et dixe-
rūt petro: Uere ⁊ tu ex ill' es: Nā l
ſ. hieroſolymite ⁊ galilei eque ſunt hebrei vnius lingue: ſed queqȝ ꝓuincia habet ſuum ſonum.
⁊ loqla tua māifeſtū te facit. Tūc m
cepit deteſtari ⁊ iurare: qꝛ nō no-
k uiſſet hoīem: Et ɔtinuo gall⁹ cā-

bat adimplere illud quod de ipo ſcriptum erat Eſa.liij. Quaſi agn⁹
corā tondente ſe obmuteſcet ⁊ nō aperuit os ſuū. Sequiť: a Ad-
iuro te p deum viuū. ad hoc autē reſpōdet chriſtus ꝓpter reuerenti-
am diuini nomis inuocati dicens: b Tu dixiſti. ſupple verita-
tem. qđ patet ex ſequētibus. c Uerumtamen dico vobis amodo
videbitis filium hoīs ſedentē a dextr' vir- †
tutis dei ⁊c. quia in iudicio extremo ſic vi- Mar.14.f
debitur ab illis qui eum iniuſte condemna- Luce.22.g
uerūt. dicit igiť: amodo: qꝛ a tēpore ſue paſ-
ſionis eum vlteri⁹ nō viderunt. d Tūc
princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta. iſte †
erat mos iudeorū ſcindere veſtimenta in ſi- Mar.14.f
gnum doloris quādo audiebāt blaſphemi- Luce.22.g
am diuini nomis. hoc autē imponebat prin- Ioh.6.g
ceps ſacerdotū chriſto. ꝓpter quod ſubdiť:
e Blaſphemauit. ꝓpter qđ ipſe ⁊ alij aſſi-
ſtentes iudicauerunt eum dignuȝ morte: cū †
tamen diceret veritatem: vt patet multipli- mar.14.g
citer ex predictis in hoc euangelio.
f Tunc expuerunt. Hic conſequēter oſten-
ditur qualiter chriſtus fuit turpiter vitupe-
ratus p malignos apparitores: ⁊ hoc dupli-
citer. primo facto. cum dicit: Expuerunt in
faciem eius: tanꝗ̄ in hominē peſtiferum et
dignum morte. mos enim erat iudeorum ſu-
per tales ſpuere in contēptum. g Et co-
laphis eum ceciderunt. ſine cauſa pcutien- †
do ⁊ vituperando eum. ſecūdo verbo dicen- † Eſa.50.c
tes: h Prophetiza nobis chriſte ⁊c. q. mar.14.g
d. tu es falſus propheta. i Petr⁹ vero. Luce.22.g
hic oſtenditur qualiter chriſtus fuit negat⁹ Ioh.18.d
a ſuo diſcipulo p tres vices. primo ſimplici
verbo. ſcđo cum iuramēto. tertio p deteſta-
tionem cum iuramēto .i. p execrationem qđ
eſt qñ aliquis nō ſolum iurat p deum ſ; etiā
imprecať ſibimet aliquod malum niſi id qđ
dicit ſit verum. dicit igiť: Petrus vero ſede-
bat foris i atrio. Nō enī petrus erat ſimpli- †
citer extra domū: vt iam dictum eſt: ſed erat mar.14.g
extra locū vbi chriſtus illudebať in quodā Luce.22.f
atrio in quo erat ignis accenſus in medio. Ioh.18.c
ſm qꝫ dr̄ Luce.xxij. k Et acceſſit ad eū
vna ancilla. de iſtis negatiōib⁹ petri viden-
tur euangeliſte diuerſimode ſcribere maxīe
de ſecunda ⁊ tertia: quia de ſecūda dr̄ hic qꝫ
fuit ad vocem ancille. Lucas autem dicit qꝫ
fuit ad vocē hoīs. Iohānes autē dicit qꝫ
fuit ad vocē pluriū. ſilr de tertia dicit Iohā-
nes qꝫ fuit ad vocem vnius qui erat cogna-
tus illius cuius petrus abſcidit auriculaȝ.
Mattheus autē hic dicit qꝫ fuit ad vocē il-
lorū qui aſtabāt. Dicendū igiť qꝫ pncipalis
intentio euangeliſtaꝝ erat negationē trinā
petri exprimere: ⁊ in hoc conueniūt omnes
euangeliſte. Exprimere autem pſonas accu-
ſantes petrum non erat principalis intētio
eorum: ſed tm̄ ex accidenti: tamē non cōtra-
riantur in hoc: qꝛ veriſimile ē qꝫ multi ad il-
la verba ɔcurrebant circa petrum: ⁊ cōſimi-
lia verba ꝓferebant ipſum accuſando: et ſic
vnus euangeliſta vnam perſonā nominat.
alius aliam vnam vel plures: nec eſt ibi fal-
ſitas ratione dicta. videtur autē ſm verita-
tem hiſtorie qꝫ prima negatio ſit facta ad vo-
cem oſtiarie principaliter. Secunda ad vocē
illorum qui ſtabant ad ignem: fuerūt tamē
excitati ab alia ancilla. propter quod Mat-
the⁹ illā exꝓmit hic: ⁊ de alijs tacet. qđ autē hic dr̄: qꝫ facta eſt petro
exeūte ianuā: intelligēdū ē ſic .i. ſe diſponēte ad exitū: qꝛ adhuc erat
ꝓpe ignē: vt dicit iohes: ſ; timēs ne pcipeť volebat exire. Tertia āt
negatio facta ē mult' cū accuſantib⁹: inť ꝗs pncipal' erat cognatus
illi⁹ cui⁹ petr⁹ abſcidit auriculā. ꝓpter qđ exꝓmit illū iohes de alijs
tacēdo. bis dict' lr̄a ptȝ vſqȝ ad illū locū: l Nā ⁊ lo. t. ma. te fac.
licȝ eī lingua hebrea ſit vna: tñ aliꝗ mō variabať ſm diuerſitatē ꝓ-
uinciaꝝ: ⁊ iō illi de galilea aliť loqbanť aliꝗ mō ꝗ̄ illi ꝗ erāt de hie-
ruſalē. ſic lingua gallica ē vna: ⁊ tñ aliť loquunť illi ꝗ ſunt de picar-
dia ꝗ̄ illi ꝗ habitāt pariſi⁹: ⁊ p talē varietatē pōt pcipi vñ aliqs ſit
oriūdus. Sequiť: m Tunc cepit deteſtari ⁊ iurare. In hoc ſigni-
ficatur iura

ℭ correxit: ⁊ eiuſdē vere lucis pñtia plene q̄cq̄d mutauerat ere/xit. Myſtice. Gallus aliq̄s doctor eſt q̄ ſomnolentos incre/pans ait: Euigilate iuſti ⁊ nolite peccare. Et Petr⁹ añ p̄mū gallicantū negat: eos ſignificat q̄ xp̄m añ reſurrectionē deū nō putauerūt eſſe morti ei⁹ turbati. Ter bis añ ſcḋm gallicantū negat: illos ſignificat q̄ nūc in illo ſcḋm hoīem vel ſcḋm deū in vtraq̄ ſubā er/rant: ⁊ iō veritatē negāt. Prim⁹ gal/licant⁹ eſt dñi reſurrectio in ſeipo. Se/cūdus eſt eiuſdē in corp̄e eccleſie.
Luc. 22. b a Recor. eſt. In alio euāgelio dr̄: re/ſpexit dñs petrū: ⁊ intuitu ꝓuocauit ad lachrymas. q. in mentē ei reducēs q̄tiens negauerat ⁊ q̄ ei p̄dixerat: nec potuit ī tenebr̄ ꝑmanere: quē lux mū/di reſpexit. b Et egreſ. Ab impiorū ꝯſilio ſecluſus culpā lauat: qḋ nō intus. Ob h̄ heſitare ꝑmiſ/ſus eſt: vt in eccl'ie p̄ncipe remediū penitentie conderet: ⁊ ne/mo auderet de ſua virtute ꝯfidere. ℭ Mane aūt

a ſ reſpiciente ſe dño.
a tauit. †Et recordat⁹ eſt pe̊tr⁹ v̄bi a
ieſu qḋ dixerat: priuſq̄ gall⁹ can/
a ſ vt haberet liberet locum flendi.
b tet: ter me negabis. †Et e̊greſſus b
foras fleuit amare.

## ¶ Nico. de lyra

ficat̄ iuramētū ꝑ execrationē. a Et recor. eſt petrus. dñs eñi reſpexit petrū: vt dr̄ Lu. xxij. ⁊ ex h̄ petr⁹ recordat⁹ eſt de verbo chriſti q̄ dixerat eū negaturū ⁊ ad pñiam reductus eſt. vñ ſequit̄: b Et egreſſus foras fleuit amare. ⁊ ex tūc petr⁹ traxit in ꝯſuetudinē vt a p̄mo gallorū cantu vſq̄ ad horā ma/tutinam ſtaret in oratione flens pro iſta negatione: vt habet̄ in itinerario clementis. ¶ Ca. XXVI

## ¶ Moraliter.

Et factū eſt ⁊c. Sequitur: d† Sci/tis q̄ poſt biduū paſca fiet ⁊c. Mo/ralit̄ exponēdo xp̄s poſt biduum mortis ſue die tertia trāſijt ad gl'iam corp̄is: ⁊ nos et⁹ mēbra poſt biduū ꝯfeſſiōis ⁊ ſatiſ/factionis trāſimus ad gloriā patris. Tunc congregati ſunt ⁊c. Sequit̄: m† Dicebāt aūt: nō in die feſto ⁊c. Sic hereti/ci de proditiōe verbi dei tractant in occultis timētes cōtra ſe fieri tumultū a chriſtianiſ. q† Acceſſit ad eū mu. ⁊c. j. Cor. xj. dr̄ caput xp̄i de⁹. itaq̄ xp̄i caput vngit q̄ ad honorem dei oīa opa ſua facit. ſcḋm illud. j. Cor. x. Omīa in gl'iam dei faci/te. c† Videntes aūt diſcipuli indignati ſūt ⁊c. ꝑ h̄ deſignā/tur detractores bonorū opa denigrātes. o† Tūc abijt vn⁹. ꝑ iſtū ſignificat̄ hereſiarcha: q̄ verbū dei ꝓmittit tradere ī cō/claui. Pria aūt die açymorū ⁊c. Seq̄tur: c† Tēp⁹ meū ꝓ/pe eſt. apud te fa. paſca ⁊c. Per h̄ aūt q̄ xp̄s morti ꝓpinqu⁹ nō ſolū agnū typicū: ſ; etiā corp⁹ ſuū verū ſacramentalit̄ cum ap'lis māducauit: oñdit̄ q̄ q̄libet xp̄ian⁹ ꝑiculo mort̄ iminē/te d; ſi pōt ſacramētalit̄ cōicare: ⁊ ſi nō p̄t cōicet ſaltē fide. ſcḋm verbū Aug⁹. Crede ⁊ māducaſti. Veſpe autē facto. Seq̄t̄: g† Edentib⁹ illis dixit: amē dico vo. q̄ vn⁹ ve. me tra. eſt. ꝑ h̄ q̄ in cena pñtiā ꝓditoris denūciauit: ſignificauit q̄ ꝓdi/tiones innocētiū frequēter fiūt in cōuiuijs. ſ. ꝑ venenū. Cenā/tibus āt illis accepit ieſus panē ⁊c. Aug⁹. De vno pane petr⁹ accepit ⁊ iudas: ſ; petrus ad vitā: iudas ad mortē. † Et ac/cipiens calicē ⁊c. ad ſignificandū ꝑfectā aīe refectionē: ſic ex cibo ⁊ potu fit ꝑfecta corp̄is refectio. ſeparatim tñ fecit corpo/ris ⁊ ſanguinis ꝯſecrationē: q̄ ſanguis ei⁹ erat in cruce a cor/pore ſeparādus. m† Et hymno dicto ⁊c. merito de tanto cō/uiuio gr̄e reddende erāt deo. o† Tūc dixit illis ieſus: oēs vos ſcan. patie. ⁊c. Remigi⁹. Qḋ ille p̄dixit ꝓuidēdo: iſte de/negat amando. vbi moralit̄ inſtruimur vt q̄ntū ꝯfidimus de fidei feruore: tantū timeam⁹ de humana fragilitate: videt̄ tñ petr⁹ accuſabiſ: q̄ ꝯtradixit. ⁊ q̄ñ alijs ſe p̄poſuit. d. a† Et ſi oēs ſcandaliçati fuerint ⁊c. ⁊ tertio q̄ñ totū ſibi attribuit. ſc; q̄ eſſet fortit̄ ꝑſeueraturuſ. vt hoc igit̄ in eo ſanaret ꝑmiſit fieri caſum ei⁹ nō impellēs ad negandū: ſ; cū ſibi deſerens et humanā naturā de fragilitate cōuincens. b† Tunc vēit ie/ſus cū illis in vil. q̄ dr̄ gethſemani ⁊c. q̄ interp̄tat̄ vallis pin/guedinis. Remigi⁹. Pulchre appropinq̄ñs paſſioni in valle pinguedinis oraſſe dr̄: vt demōſtraret q̄ ꝑ valle humilitat̄ et pinguedinē charitatis mortē ꝓ nobis ſuſcepit. Moralit̄ etiā nos inſtruxit vt nō geſtem⁹ cor aridū a pinguedīe charitat̄. d† Sedete h̄ donec vadā illuc ⁊ orē. Chryſ. Cōſuetudo illi erat ſine diſcipul' orare. h̄ aūt faciebat erudiens nos ī orōni/bus quietē ꝯſtituere ⁊ ſolitudinē q̄rere. † Tranſeat a me ca/lix iſte. Hylari⁹. Pro his orat q̄ poſt ſe paſſuri erāt. d. Trā/ſeat a me calix iſte. i. quō a me bibit̄: ita ab eis bibat̄ ſine dif/ferentia ſpei metuq̄ mort̄. † Veruntñ nō ſicut ego volo ⁊c. Leo papa. Hec vox oēs fideles inſtruxit: oēs ꝯfeſſores accē/dit: omēs martyres coronauit. nā mūdi odia tentationū tur/bines.

bines. ꝑſecutores: errores q̄s poſſet ſupare niſi xp̄s ī oīb⁹ ⁊ ꝓ oībus pr̄i diceret: Fiat volūtas tua. m† Sp̄us q̄dē ꝓmpt⁹ eſt ⁊c. Hylari⁹. Itaq̄ q̄ntū de ardore fidei ꝯfidimus: tantū de carnis fragilitate timeam⁹. g† Ecce ap. h. ⁊ fi. ho. tra. ī ma. petōrū ⁊c. Orige. Sed ⁊ nūc in man⁹ petōrū ieſus tradit̄ q̄ñ hi q̄ vident̄ in xp̄m credere hñt eū in ma/nib⁹ ſuis cū ſint petōres: ſ; ⁊ q̄tienſcū/q̄ iuſt⁹ hñs in ſe ieſum ī p̄tāte tradit̄ petōrū. † Quecūq̄ oſcu. fu. ⁊c. Hie/ro. Hic ſacerdos dic clerice quō eiſdē labijs deoſcularis filiū v̄ginis q̄bus deoſcular⁹ es filiā meretric̄. o iuda: oſculo filiū hoīs tradis. Et ecce vn⁹ ⁊c. Seq̄t̄: v† Et pcutiēs ſeruū p̄nci/pis ſacerdotū ⁊c. Hiero. Populuſ iu/deorū ſcḋm fact⁹ eſt impietat̄ ⁊ deuo/ratiōis ſacerdotū: dextrāq̄ ꝑdidit auriculā: vt l'r̄e veritatē au/diat in ſiniſtrā. † Conuerte gla. tu. in lo. ſu. ⁊c. Rabanus. Oportuit vt actor gr̄e fideles patientiā ſuo doceret exēplo: et poti⁹ ad ſuſtinēdū aduerſa fortit̄ inſtrueret q̄ ad vindicandū ꝓuocaret. k† Tūc diſci. o. relic. eo fugerunt. ſicut p̄dixerat eos ſcādalū paſſuros. † Hic dixit: poſſum deſtrue. te. dei ⁊c. Hiero. Falſus teſt̄ eſt q̄ nō eodē ſenſu dicta ꝓponit. Saluator dixerat: ſoluite tēplū h̄. Iſti cōmutāt ⁊ aiūt: Poſſum deſtrue/re tēplū dei. Itē dixerat: ⁊ excitabo illud qḋ ē viuētis corp̄is ⁊ nō lapidei. † Ieſus āt tacebat. Aug⁹. Ex h̄ aūt loco diſcim⁹ calūniantiū ⁊ falſorū teſtium voces: vt nec rñſione dignas ha/beam⁹: maxīe vbi mai⁹ eſt libere fortiterq̄ ſuſtinere q̄ defen/dere ſine vllo ꝓfectu. f† Tūc expue. in fa. ei⁹. Aug⁹. Per h̄ ſignificauit eos q̄ pñtiā grē ei⁹ reſpuunt: ⁊ tanq̄ colaphis eū cedunt: q̄ ei ſuos honores p̄ferūt. ⁊ palmas in faciē ei⁹ dant: q̄ ſupbia excati eū nō veniſſe affirmāt. † At ille nega. co. oī/bus ⁊c. Raban⁹. In hac aūt negatiōe petri diſcim⁹ nō ſolū ne/gare xp̄m q̄ dic̄ eū xp̄m ñ eē: ſed q̄ cū ſit: ſe negat eē xp̄ianū.

† Mar. 14. a Luce. 22. g

† 22. q. 4. ca. actione. 23. q. 4. ſic nō eſt. §. Pce. De pe. di. 2 dn; ſanctā ec. di. 5. c. 1 in fine.

¶ In. c. xxvj. vbi dr̄ i po. Pria āt die açy. iſta dieſ fuit feria. v.

## ¶ Additio.

uũ ⁊ terra noua. tunc fiet q̃d idẽ ꝓ/ Eſaie. 30. f
pheta alibi dicit: Et erit lux lune ſic
ſolis. ⁊ lux ſolis erit ſeptẽplicit̃ ſicut
lux ſeptẽ dieꝝ. k Decidẽtes. A lu
mine q̃ſi pene deerit ſemen abrae cui
aſſimilate ſunt ſtelle. ¶ Et virtu

## Nico. de lyra

Circa primũ p̃dicunt̃ pericula. ſ. ſedu/
ctio erroris. ibi: Uidete ne quis vos † Ma. 24. b
ſeducat. incuſſio timoris. ibi: Cũ au/
dieritis. cõmotio plebis. ibi: Surget
gens ⁊c̃. turbatio orbis. ibi: Et erũt
terremotus. ⁊ ptȝ ſnĩa iſtaꝝ partiuz † Ma. 24. b
ex dictis Matth. xxiiij. vſqȝ ibi: Luce. 7. c
a Et cũ duxerint vos tradẽtes ⁊c̃.
cuiꝰ ſnĩa ptȝ ex dictꝭ Mat. x. b Cũ
autẽ videritꝭ abominationẽ. Hic pre
dicit̃ ɔſũmatio deſolationis tẽpli. ⁊
patet ſnĩa ex dictis Mat. xxiiij.
c Orate vero. Hic ſoluit̃ ſecũda q̃/
ſtio: in cuiꝰ ſolutiõe ſaluator p̃mo ex
citat diſcipuloꝝ deuotionẽ q̃ eſt ne/
ceſſaria tpe magne tribulatiõiſ. ſcdo
p̃dicit tribulationẽ futurã añ iudici
um. ibi: Erũt autẽ dies illi tribulati/ Johel. 2. e
onis. tertio p̃dicit iudicꝭ aduẽtũ. ibi: Ma. 24. c
Et tũc videbũt filiũ hoĩs. q̃rto exci/
tat attentionẽ credẽtiũ. ibi: Uidete
vigilate ⁊c̃. ⁊ ideo ɔcludit in fine.
Quod autẽ

N a ¶ Et virtutes. Beda. Quid miruꝫ tremere hoīes: cum
Job. 26. c aſpectu iudicij tremant angelice ꝑtātes. vñ Job: Colūne
celi ↄtremiſcūt ⁊ pauēt ad nutuꝫ eiꝰ. Et qd̄ patiē virgula
deſerti: vbi ↄcutiē cedrus paradiſi? b ¶ Mouebunē.
Hiero. Ad irā vindicte qñ mittenē a filio hoīs veniente
in nubibꝰ celi cū virtute q̄ prius
ſicut pluuia in vellus deſcēdit in
hūilitate. c ¶ A q̄ttuor vē. Ab
oriente ⁊ occidēte: auſtro: aquilo/
ne: ⁊ nō tm̄ ab his: ſ a ſūmo terre
vſq; a. ſ. c. id eſt: ab extremis fini/
bus terre ꝑ directuꝫ vſq; ad vlti/
mos terminos eiꝰ: vbi longe aſpi
cientibꝰ circulus celi terre videē
inſidere. d ¶ A ficu. Quaſi quō
cū fuerint in ficu teneri cauliculi:
⁊ gēma in florē erūpit: intelligitꝫ
aduentū eſtatꝫ ⁊ veris ⁊ fauonij.
ſic cū hec ſcripta ſunt videritꝫ: nō
putetis iā adeſſe finē mundi: ſed
q̄ſi ꝓcurſores venire: q̄ oñdāt pro
Myſtice. pe eſſe. Beda. Myſtice. Ficus
ſynagoga q̄ q: ad ſe veniente dño
fructū iuſticie non habuit: eterna
Roꝫ. 11. c ſterilitate dānata eſt. Sed q: ceci/
tas ex parte ↄtigit in iſrael do. p.
g. i. ⁊ ſic oīs iſrael ſaluus fieret:
diu ſterilis arbor fici fructuꝫ red/
Job. 14. b det quē negauit. vñ Job: Lignū
ſi ꝑci. fu. rur. vi. ⁊c̄. Hoc vt factuꝫ
videris: ſcito in ꝓximo eſſe diē iu
dicij: ⁊ eſtatē vere lucis ⁊ pacis.
Hiero. Fici parabola. i. ꝓphe/
tia. Folia nata: verba ſunt ꝑñtia.
Eſtas vero ꝓxima dies ē iudicij:
in quo vnaqueq; arbor manifeſta
bit qd̄ intus habuit an ariduꝫ ad
cōburendū: an viride ad plantā/
dū in eden cū ligno vite: cuiꝰ folia
in ſalutē gentiū. i. vba quibꝰ di/
Mat. 25. c cetur: Venite bñdi. pa. mei ⁊c̄.
e ¶ Ce. ⁊ ter. Celū aeriū a q̄ aues
celi ⁊ nubila celi. vñ Petrꝰ: Celū
aūt q̄ nunc ſunt ⁊ terra eodē vbo
repoſiti ſunt et igni reſeruati: ap/
te docens q: nō alij celi ſunt igne
perituri q̄ꝫ aqua ꝑditi. i. inania ⁊
Gen. 6. c. nebuloſa. Aqua enī diluuij q̄ tm̄
xv. cubitis cacumina montiū trā/
ſcendit: vltra aeris etheriſq; cōfi/
Eccl. 1. a nia nō ꝑuenit. Eccl̄iaſtes. Genera
tio ꝑterit: ⁊ generatio aduēit: ter/
ra vero in eternū ſtat. Sic ergo ce
lum ⁊ terra trāſeunt ſm imaginē:
manent in eternū ſm eſſentiā.
f ¶ Neq; filius. In eo enī ſūt om/
nes theſauri ſapie ⁊ ſcie abſcondi
ti. Ideo abſcōditi: q: nobis ſcire
Act. 1. a nō expedit. vñ ait: Nō eſt veſtruꝫ
noſſe ⁊c̄. vel mo. q. p. p. in. ſ. p. In
quo oſtēdit ꝙ ſciat: ſed noſſe apo/
ſtolis nō expediat: vt ſemꝑ incer/
ti de aduentu iudicis ſic quotidie
viuant quaſi alia die iudicandi. Scit ergo filius ſibi ſed
non nobis: vt ſemper ſimus ſolliciti. vnde: Videte: vigi/
late ⁊c̄. Hylarius. Filius et ſpiritusſanctus: quia non
ſunt a ſe de die illa neſciunt a ſe. pater auteꝫ quia a ſe eſt:
ſcit a ſe. g ¶ Et ianitori ⁊c̄. Hiero. Ei. ſ. qui ꝑdicat. Cui
dicitꝫ: Si non annunciaueris iniquo iniq̄tatem ſuaꝫ: ſan/
guinē eius de manu tua requirā. h ¶ Vigilate ⁊c̄. Pre
miſſo ꝑñſfamilias exemplo: cur ↄſummatiōis diē retice/
at dicit: Vigilate ⁊c̄. Qui dormit: nō corꝑa ſed fantaſias
videt: cum euigilat nihil habet de his que viderat. Sic
ſunt quos mundi amor rapit in vita: deſerit poſt vitam.
i ¶ Quod autem dico vobis. Non ſoluꝫ rectores eccl̄ie:
ſed ⁊ oēs vigilare ꝑcipimur: ianuas cordiū cuſtodiētes:
ne antiq̄ hoſtis mala ſuggeſtio ſubītret: ne nos dñs dor/
1. Cor. 16. c miētes inueniat. vñ Paulꝰ: Vigilate iuſti ⁊ no. pec.

a/b et virtutes q̄ ſunt in celis moue/ †
bunē. † Et tūc videbūt filiū homi †
nis veniētē in nubibꝰ cū virtu
te multa ⁊ glia. Et tūc mittet an/
a ¶ vt triticum ventilatum de area totiꝰ terre.
gelos ſuos: ⁊ cōgrēgabit electos
c ſuos a q̄ttuor ventiꝫ a ſūmo terre
¶ ꝓpheria.
d vſq; ad ſummū celi. † A ficu autē †
diſcite parabolā. Cū iā ramꝰ eius
¶ verba.
tener fuerit: ⁊ nata fuerint folia:
cognoſcitis q: i ꝓximo ſit eſtas.
Sic ⁊ vos cū videritis hec fieri:
ſcitote q: i ꝓxio ſit i oſtijs. Amē
dico vobis: quoniā non trāſibit
a ¶ vel oēe genꝰ hoīm: vel ſpecialiter iudeoꝝ.
generatio hec: donec omnia iſta
e fiāt. † Celū ⁊ terra trāſibunt: vba
a ¶ q̄ſi ſigna illiꝰ diei ꝓñūcia. dixi. de die aūt illa.
aūt mea nō trāſibūt. De diē autē
illo vlꝫ hora nemo ſcit: neq; āgeli i
¶ Hiero. i. corpꝰ eius i terra poſitū qd̄ eſt eccl̄ia.
¶ nobis. ¶ in quo ⁊ filius.
f celo neq; filiꝰ: niſi pater. Videte:
¶ Hiero. vigilia opꝰ ē mētis ante mortē corꝑis.
vigilate ⁊ orate: neſcitis enim qñ
¶ iudicij. a ¶ Hiero. corpus chriſti in celū
delatum relinquens domū. i. eccleſiam.
tempus ſit. † Sicut homo q̄ ꝑegre †
¶ locus carnis ꝓprie terra eſt.
profectus reliquit domū ſuam: ⁊ †
a ¶ Hiero. octo talenta ſm Mattheuꝫ: decem
dedit ſuis ſuis poteſtatē cuiuſq;
mnas ſm Lucam. a ¶ q̄ ducit in domū celi.
g operis: ⁊ ianitori ꝑcepit vt vigi/ †
h let. † Vigilate ergo: neſcitis ei qñ
a ¶ qñ occiſi ſunt primogenita egypti.
dñs veniat: ſero an media no/ †
cte: an gallicātu: an mane: ne cū
veniat repente iueniat vos dor
a ¶ Hiero. hoc fine cōcludit ſermonē vt cōmune
omniū preceptū nouiſſimi ꝑ primos audiant.
b ¶ generale bonū nō ſingulare.
i mientes. Quod aūt vobis dico: a
omnibus dico: vigilate.

a ¶ Nō āt vo. dico ⁊c̄. oñdēs ꝙ nō loq̄bat ꝓ diſcipulꝭ tm̄: ſꝫ oībꝰ ſi
delibꝰ ꝑñtibꝰ ⁊ futurꝭ. Sentētia āt iſtaꝝ partiū patꝫ ex dictꝭ Mat.
xxiiij. Ad maiorē ꝑdictoꝝ itelligētiā q̄ritꝫ ṽtꝫ verū xp̄s doctrinā ſuā
debuerit tradere ſcꝑto: ⁊ videtꝫ ꝙ ſic: q: ſcriptura inuenta eſt ad ṽ
vt doctria meōꝛie cōmēdetꝫ: ſ doctrina xp̄i erat maxīe memorie cō/
mendāda. g ⁊c̄. Itē figura debꝫ rñdere fi
gurato ⁊ ecōuerſo: ſed lex vetꝰ q̄ fuit figu
ra legis noue fuit data in ſcripto. g ⁊c̄. † Luce. 21. e
Ad ↄtrarium arguitꝫ: q: nulli libri ab eo
ſcripti hñtur in canone: ſꝫ tm̄ a diſcipulis
ſuis vt aplis ⁊ euāgeliſtꝭ. Rñſio. doctria
chriſti fuit īmediate tradita a deo: q: ipſe
in vnitate ꝑſone fuit: ⁊ eſt verꝰ deꝰ ⁊ hō.
vetꝰ aūt teſtamētū licꝫ fuerit datuꝫ a deo
nō tm̄ īmediate: ſꝫ mediātibꝰ angelꝭ: vt dr̄
Gal. iij. Lex data ē ꝑ angelos ī manu me
diatoris. ⁊ Actꝭ. vij. dixit Stephanus iu † Ma. 24. c
deis: Accepiſtꝭ legē in diſpoſitiōe angelo Luce. 21. f
rū. ⁊ iō doctrine xp̄i debebatꝫ excellētiſſi/
mus modꝰ tradēdi eā q̄ eſt in ṽ ꝙ doctri/
na aliq̄ nō īmediate ſcribitꝫ in pelle mor/
tua ſꝫ in mētibꝰ hoīm q̄ ſunt ad imagineꝫ
dei facte. qd̄ factū eſt de doctrina xp̄i quā D
impſſit mētibꝰ diſcipuloꝝ: ⁊ ṽ fuit predi/
ctū Hiere. xxxi. Ecce dies veniūt dicit do
minꝰ. ⁊ feriaꝫ domui iſrael ⁊ domui iuda
fedus nouū nō ſm pactuꝫ qd̄ pepigi cum
ꝑrībꝰ vr̄is in die q̄ apꝑhendi manū eoꝝ
vt educerē eos de terra egypti ⁊c̄. ⁊ ſubdi †
tur: Sed ṽ erit pactū qd̄ feriā cū domo iſ Luce. 16. d
rael: dabo legē meā in viſceribꝰ eoꝝ: ⁊ in 35. q. 1. c.
corde eoꝝ ſcribā eā: ſꝫ ꝑ aplos alioſq; di/ fraternita/
ſcipulos xp̄i deriuata eſt doctrina eiꝰ ver tis.
bo predicatiōis ⁊ etiam ſcripto: vt pꝫ in
euāgelijs aploꝝ ⁊ eplis. ex ṽ pꝫ ſolutio
ꝑmi argumēti. Ad ſcōm dicēdū ꝙ figura
deficit a ꝑfectiōe figurati: ⁊ iō lex euāgeli
ca nō ſolū fuit ſcripta in tabulꝭ lapideis ⁊
pellibꝰ mortuis: ſicut lex vetꝰ: ſed etiā in
mentibꝰ hūanis: vt dictū eſt: q̄ntū ad pri
mā eiꝰ ↄſcriptionē. ſecūdario aūt fuit ſcri
pta in libris: vt dictū eſt. ¶ Ca. XIII †

¶ Moraliter. a† Et cū egre Mat. 25. a
deretur de tem/ Luce. 19. a
plo. Templū dei q̄libet religio pōt dici. q̄
ſic deſtruitur ꝙ nō remanet lapis ſuꝑ la/
pidem quando nō remanet ibi conformi/
tas aliqua ad primū fundatoreꝫ. † Et
cū ſederet in monte oliuaꝝ ↄtra templū.
ꝑ hoc ſignificauit ꝙ cultus noui teſtamē/ †
ti abijceret cerimonias iudeoꝝ. † Mul Ma. 24. d
ti enī venient in nomīe meo dicentes ⁊c̄. Luce. 21. e
Athanaſius. In vnaquaq; hereſi diabo
lus figuratꝰ dicit: ego ſum chriſtꝰ: ⁊ apud
me veritas eſt. † Cum autē audieritis
bella ⁊c̄. Ambro. Sunt autē ⁊ alia bella
que vir ſentit chriſtianꝰ. ſ. diuerſaꝝ prelia
cupiditatū: ſtudioꝝ cōflictus. multo etiā
grauiores ſunt hoſtes domeſtici q̄ꝫ extra/
nei. † Oportet hec fieri: ſed nōdū eſt fi/
nis. magnitudo maloꝝ precedētiū gene/
rale iudiciū eſt figura ſequentiū incōpara
biliter grauioꝝ. † Tradet autē frater
fratrē in mortē ⁊c̄. ſpūalitꝫ aūt vnuſq̄ſq; tradit ꝓpinquū ſuū ī mor/
tē: qñ ipm̄ ducit in culpā mortalē. † Cū aūt viderit abomiatio
nē deſolatiōis ⁊c̄. ꝑ quā pōt intelligi ſimonie vitiū qd̄ eſt deo abo/
minabile: eſt etiā deſolatiuū eccl̄ie: q: ꝑ ṽ indigni ꝓmouentꝫ: ⁊ di/
gni repelluntꝫ. q̄ q̄dē abomiatio ſtat vbi nō dꝫ qñ in eccl̄ie prelatis
locū habet. † Tūc q̄ in iudea ſunt. i. in ↄfeſſione veritatis: eo ꝙ
iudea ↄfeſſio interpretatꝫ. † Fugiāt ad montes. i. recurrant ad
ciues celeſtes ꝑ orationē deuotā vt deꝰ amoueat peſtem iſtam.
† Et q̄ ſupra tectū ⁊c̄. i. bonꝰ ↄtēplatiuꝰ. † Et q̄ in agro. i. bonꝰ
actiuus. neuter iſtoꝝ q̄rat ſed magꝭ fugiat talē ꝓmotionē: vel po/
tius dānationē. ideo ſequitꝫ: † Ve aūt pregnātibꝰ. i. illis q̄ ↄce/
perunt in aīo taliter ꝓmoueri. † Et nutrientibꝰ. i. ꝓmotis ſi/
moniace ſe laute nutrientibus de bonis eccl̄ie. c† Orate ergo vt
hyeme nō fiant. i. vt dicte ꝓmotiones ſimoniace nō fugiantꝫ tepi/
de ſed in charitatꝭ feruore. † Erūt aūt dies illi tribulatiōis. ſcꝫ

maiores q̃ tꝑibꝰ tyrãnoꝝ. de qua beatꝰ Berñ. exponit illud Eſa. xxxviij. Ecce in pace amaritudo mea amariſſima: dicẽs ꝙ h̄ dicere pōt modernis tꝑibꝰ eccl̃ia: q2 maiora mala ſpũaliter patit̃ ſub pace p̃ncipũ xp̄ianoꝝ ꝓpt̃ ſimonias ⁊ alia mala cleri coꝝ q̃ paterent̃ ex ꝑſecutiõe tyrãnoꝝ: ⁊ dñs ꝑ ſuã grãm breui⸗et iſta mala. † Tunc ſi q̃s vobis dixerit: ecce hic eſt xp̄s. de epiſcopo vel ſacerdote male ꝓmoto. q̃ xp̄s. i. vnctꝰ dici pōt: eo ꝙ ꝑ vnctionẽ eſt inſtitutꝰ. † Ne credideritꝭ. q2 ſic cõmedan⸗tes eos de ſci͂a vel vita ſunt mẽdaces. Sequit̃: † Sol cõte⸗nebrabit̃. i. xp̄s ſm̃ apparẽtiã hoim̃: vñ dicũt qñ fiunt tales ꝑ⸗uerſe ꝓmotiões ꝙ xp̄s dormit eo ꝙ talia mala ꝑmittit. † Et ſtelle celi erũt cadẽtes. nã hoies boni ⁊ litterati ꝑ dicta deꝑi⸗munt̃ in eccl̃ia dei. † Et virtutes q̃ ſunt ĩ celꝭ mouebunt̃. naꝫ hoies ꝯtẽplatiui mirant̃ aliqñ ꝓpter p̄dicta de patientia dei. † Et tũc videbũt filiũ hoĩs ⁊c̃. q2 recogitant ꝙ chriſtꝰ bonis viris hic deiectis reſeruat bona maiora. † A ficu aũt diſci⸗te parabolã ⁊c̃. cũ eni incipit ramos ⁊ folia ꝓducere ſignũ ẽ fructificatiõis future: ſicut bona indoles iuuenis ſignũ ẽ bo⸗ni ꝓfectꝰ ſequẽtis. † Sicut hõ q̃ ꝑegre ꝓfectꝰ ⁊c̃. h̄ de deo dicitur eo ꝙ a nobis in preſenti nõ videt̃. † Et dedit ſuis ſuis poteſtatem cuiuſq3 operis. hoc ḋ: q2 dimittit hoies age⸗re ſm̃ libertatem ſue volũtatis. † Et ianitori precepit vt vi⸗gilet. i. rationi que debet eſſe vigil ad claudendum oſtium cõ⸗ſenſus diabolo: ⁊ ad aperiendum chriſto qui ad oſtiuꝫ pulſat quando ad bonum nos inuitat. † Sero an media nocte: an gallicantu ⁊c̃. per mane ſignificatur iuuentus. per galli⸗cantum virilis ſtatus. per mediam nocteꝫ ſenectꝰ. per ſero ſe⸗nium. Et q2 domini aduentus eſt nobis incertus: ideo vigi⸗landum eſt omnibus etatibus vt in morte venientem eũ reci⸗piamus ꝑ bonã voluntatem. Erat autem

## Glo. ordi.

A Erat aũt paſca. Hie⸗ Ca. XIIII
ro. Paſca tranſitus interp̄tat̃. pa⸗ſcin vero imolatio. In imolatione agni ⁊ trãſitu ꝑ mare vel egyptũ figurat̃ ſcꝫ paſſio xp̄i: redemptio ppl̃i de inferno qñ poſt biduum nos viſitat. i. pleniſſima luna etate xp̄i ꝑfecta vt parte nulla tene⸗broſa carnes agni imaculati q̃ tollit pec⸗cata mũdi in vna domo q̃ eſt vna eccleſia catholica calciati charitate: ⁊ armati vir⸗
1.Cor.5.b tute comedamꝰ dicentes: Eteni paſca no⸗ſtrũ imolatꝰ eſt chriſtꝰ. Beda. Paſca qđ hebraice phaſe a trãſitu nõ a paſſiõe: eo ꝙ exterminator videns ſanguinẽ in fo⸗ribus iſraelitarum trãſierit: nec ꝑcuſſerit eos vel dñs auxiliũ dans eis deſuꝑ am⸗bulauerit: cuiꝰ myſteriũ Jobes aperuit. Ante diẽ feſtũ paſce ſciens ieſus q2 venit hora eius vt trãſeat de hoc mũdo ad pa⸗trem: vbi oſtendit ſic myſtice notatum ꝙ agnus dei q̃ peccata mũdi tollit de h̄ mũ⸗do eſſet trãſiturꝰ. Uel nos salubri tranſi⸗tu de egyptiaca ſeruitute redẽpturꝰ eſt vꝫ educturꝰ. Beda. Paſca ſolus dies q̃ agnus occidebat̃ ad veſperũ quartadeci⸗ma luna p̄imi mẽſis. Açyma q̃ndecima luna qñ filiĳ iſrael egreſſi ſunt de egypto q̃ ſeptẽ celebrabant̃ diebꝰ. i. vſq3 ad viceſimũ p̄mũ eiuſdẽ mẽſis diẽ ad veſpeꝝ. Sed indifferẽter alteꝝ ꝓ altero poni⸗tur: q2 ⁊ dies paſce ĩ açymis celebrabat̃: ⁊ nos q̃ſi ꝑpetuũ paſca fa⸗ciẽtes: ſꝑ ex h̄ mũdo trãſire p̄cipimur. Uno q̃ppe die agno imacula⸗to imolato ad veſperũ ſeptẽ ex ordine dies ſequunt̃ açymoꝝ: quia chriſtus ꝓ nobis ſemel in fine ſeculoꝝ vel tempoꝝ paſſus: ꝑ totuꝫ huius ſeculi tempꝰ qđ ſeptẽ diebꝰ agit̃: in açymis ſinceritatꝭ ⁊ ve⸗ritatis nobis p̄cepit eſſe viuendũ: ⁊ omĩ niſu deſideria terrena q̃ſi egypti retinacula fugere: ⁊ velut a mũdana ꝯuerſatione ſecretam ſolitudinẽ: iter ſcꝫ admonet ſubire virtutũ. b Et q̃rebãt ſũmi ſa. Hiero. A p̃ncipibꝰ egreſſa eſt iniq̃tas q̃ tẽplũ parare: ⁊ vaſa et ſe purificare ſm̃ legẽ ad eſum agni debuerãt. c Nõ in die feſto. Hiero. Uitant diẽ feſtũ: qđ ꝯuenit illis. Non eſt feſtiuitas eis qui vitã ⁊ miſericordiã ꝑdiderũt. d Et cũ eſſet. Hiero. Hynnulus ceruoꝝ ſemꝑ ad lectulũ ſuũ redit. i. filiꝰ obediẽs patri vſq3 ad mor⸗tẽ obediẽtiã a nobis petit. Simon eni obediens ḋr. e Simo⸗nis le. Hiero. Simon leproſus: mundũ infidelẽ p̄imo: poſtea fide⸗lem ſignificat. f Et recũberet ⁊c̃. Hiero. Recũbente ſeip̄o. i. hu⸗miliante ſe vt eũ tangeret: fides peccatricꝭ q̃ de pedibus aſcendit ad caput: a capite deſcẽdit ꝑ fidẽ. i. a chriſto ad mẽbra eius.
g Mulier. Beda. Maria magdalena ſoror laçari quẽ ſuſcitauit dñs. Hoc Johãnes dicit eſſe factũ ante ſex dies paſce pridie q̃ aſi⸗no ſedens venerit hieruſalẽ. Ipſa eſt enim non alia q̃ quondã ad⸗huc peccatrix (vt Lucas ſcribit) pedes dñi rigauit: ⁊ vnguẽto vn⸗xit: nũc iuſtificata ⁊ familiaris facta: nõ tm̃ pedes vt Johãnes di⸗cit: ſed ⁊ caput vt Mattheus ⁊ Marcus ꝑhibẽt: oleo ſancto ꝑfu⸗dit. h Alabaſtrum ⁊c̃. Alabaſtrum marmor candiduꝫ varĳs guttis diſtinctum: vnguenta incorrupta ſeruat. i Nardipiſca⸗ti. Piſtica nardus ḋ: mixta: quia nõ ſolũ de radice ſed de ſpicis ⁊ de folĳs cõpoſitum erat quod eſt precioſius. k Et fracto ala⸗baſtro. Hiero. Domus impleta odore: celum ⁊ terra eſt. Fractum alabaſtrum: carnale eſt deſiderium: quod frangitur ad caput ex q̃
Myſtice omne corpus compaginatum eſt. Beda. Myſtice. Deuotio ma⸗
Canti. 1. b rie fidẽ ⁊ pietatẽ deſignat eccleſie. que dicit: Dum eſſet rex in accu⸗bitu ſuo: nar. m. d. o. ſuum. Quod ad litteram marie manibꝰ com

Spleuit

a † Erat aũt Ca. XIIII
ſ tranſitꝰ: qđ hebraice phaſe.
paſca ⁊ açyma pꝰ bidu⸗
b um. Et q̃rebãt ſummi ſa †
cerdotes ⁊ ſcribe quomõ eũ do⸗
lo tenerẽt ⁊ occiderẽt. Dicebant
ſ non ſeditionẽ timebant: ſed ne auxilio po⸗puli de manibus eorum tolleretur.
c enim: Nõ in die feſto: ne forte tu
d multꝰ fieret ĩ populo. † Et cũ eẽt †
a ſ ſimon enim obediens ḋr. ſ nomen
e bethanie ĩ domo ſimonis lepro⸗
priſtinũ manet vt virtꝰ curantꝭ appareat. lepro⸗ſus eni fuerat: ſꝫ a dño curatꝰ erat. a ſ Hiero. ec⸗cleſia hñs fidem q̃ dicit: nardus me. de. o. ſ.
f g ſi ⁊ recumberet: venit mulier ha⸗ †
ſ carnale deſiderium.
h i bens alabaſtruꝫ vnguẽti nardi⸗ b
ſ carnali deſiderio.
k piſcati p̄cioſi: et fracto alabaſtro

## Nico. de lyra

a † a Erat aũt pa⸗ Ca. XIIII
ſca. Poſtq̃ deſcripta eſt re⸗ductio petõris in deũ ꝑ me⸗diatoris p̄dicationẽ. hic ꝯñter de⸗ſcribit̃ eadem reductio ꝑ paſſiõis ſue redẽptionẽ. Et q2 ſuperiꝰ p̄di⸗xit paſſionẽ ſuã ꝑ iudeos inchoan⸗dam: ⁊ ꝑ gentiles ꝯſummandam: ad quos tunc ꝑtinebat iudicium ſanguinis in hieruſalẽ. ideo p̄imo deſcribit̃ eius paſſio ꝑ iudeos in⸗choata. ſecũdo ꝑ gentiles cõſum⸗mata. ca. ſequenti. Circa primum quattuor ꝑ ordinẽ deſcribunt̃. p̄i⸗mũ eſt ip̄ius xp̄i venditio nõ ex eiꝰ ignorantia ſed ex eiꝰ ꝯſciẽtia ⁊ vo⸗luntate. ſcđo venditi traditio non ex eiꝰ diſplicẽtia ſed charitate. ibi: Et p̄ima die açymoꝝ. tertio tradi⸗ti cõprehẽſio nõ ex ſua impotẽtia ſꝫ mititate. ibi: Et adhuc eo loquẽte. quarto cõprehenſi cõdemnatio nõ ex ſua iniuſticia ſed humilitate. ibi: Summi vero ſacerdotes. Circa p̄⸗maꝫ partẽ p̄emittit̃ venditiõs oc⸗caſio que fuit duplex. p̄ima ſacerdotũ inuidia. ⁊ hec po⸗nitur in principio. ſecunda fuit iude auaricia: qui voluit recuperare preciũ vnguenti effuſi. que ponit̃ ibi: Et cum eſſet bethanie ⁊c̃. tertio ponit̃ ip̄a venditio. ibi: Et iudas ſcariothis ⁊c̃. ſecũda pars p̃ncipalis incipit ibi: Et p̄ima die açymorũ: vt dictũ eſt. ⁊ diuidit̃ in quattuor: quia p̄i⸗mo ponit̃ paſcale cõuiuiũ ad ꝓditoris reuocationẽ. ſcđo inſtituit̃ eucharíſtie ſacramẽtũ ad charitatis vnionẽ. ibi: Et manducantibꝰ illis. tertio p̄dicit̃ diſcipuloꝝ ſcandalũ ad eorũ confirmationẽ. ibi: Et ait illis ieſus: Omẽs vos ſcandaliçabimini ⁊c̃. quarto deſcribit̃ xp̄i deſiderium ad nr̃am redẽptionẽ. ibi: Et veniũt in p̄diũ. Tertia ps p̃nci⸗palis huiꝰ ca. q̃ incipit ibi: Et adhuc eo loq̃nte: diuidit̃ ĩ tres. q2 p̄mo deſcribit̃ iude fraudulẽtia. ſcđo xp̄i patiẽtia. ibi: Unꝰ aũt de circũſtãtibꝰ. tertio diſcipl̃oꝝ ignauia. ibi: Tũc diſcipuli relicto eo fugerunt. Quarta ps p̃ncipalꝭ q̃ incipit ibi: Sũmi vero ſacerdotes: diuidit̃ in q̃ttuor. q2 p̄mo deſcribit̃ accuſatio xp̄i ꝑ falſos teſtes. ſcđo eiꝰ ꝯdẽna⸗tio ꝑ iniuſtos iudices. ibi: Exurgẽs aũt ſũmꝰ ſacerdos. ter⸗tio ꝯdẽnati vituperatio ꝑ malignos ſatellites. ibi: Et ce⸗perunt quidaꝫ cõſpuere eum. quarto negatio petri ꝑ tres vices. ibi: Et cũ eſſet petrus. Sententia autẽ huius totiꝰ ca. patet ex dictis Matth. xxvj. vbi iſta ſunt expoſita eo⸗dem ordine quo hic ponuntur: ⁊ ſub eiſdẽ verbis pro ma⸗gna parte: ⁊ reſtant pauca exponenda que diſcurrentur. In p̄ima parte principali dicitur: Erat auteꝫ paſca ⁊ açy⸗ma poſt biduum. ſolennitas autem paſcalis iudeorum ce⸗lebrabatur quintadecima die p̄imi menſis: vt habetur Leuitꝭ. xxiij. hec ſolennitas incipiebat a veſpere quarte⸗decime diei qñ imolabat̃ agnꝰ: ⁊ tunc veſcebant̃ açymis vſq3 ad ſeptimum diem. b Alabaſtrum vnguẽti nar⸗dipiſcati. dicunt aliqui ꝙ nardus eſt herba faciẽs ſpicas in cacumine de quibus extrahitur liquor optimus: ſicut aqua roſacea de roſis. ⁊ talis liquor vocatur hic vnguen⸗tũ. Alĳ dicũt ꝙ ẽ frutex vel arbor paruula: ⁊ inde fluit vꝫ extrahit̃ liquor mõ p̄dicto. In ſcđa parte p̃ncipali dicit̃:

Et p̄imo die

† Ma. 26. a
Luce. 22. a
Joh. 12. a

† Ma. 26. a

N pleuit: ⁊ quotidie ſpūaliter in mēbris ſuis implere nō deſinit:
2. Cor. 2. d que in toto mūdo gloriando dicit. Deo autē gratias ago qui
ſemꝑ triūphat nos in chriſto ieſu. Et odorē noticie ſue manife
Ibidem ſtat ꝑ nos in om̄i loco: quoniā chriſti bon⁹ odor ſumus deo:
cū potentiā diuinitatis ei⁹ que illi vna eſt cū patre digna re/
uerentia ꝯfitet' laudat ⁊ predicat. Ca/
put eius vnguento ꝑfundit ꝑcioſo: cū
humanitatē digna reuerētia ſuſcipit.
In pedes vnguentū piſticū .i. fidele ⁊
verū ꝑfundit: q̄ illā naturā eius qua
terrā ꝯtingere .i. inter hoīes ꝯuerſari
dignat⁹ eſt: pia predicatiōe ⁊ deuotis
venerat' obſequijs. a Erant autē
q̄dā. Beda. Per ſynecdochen plura
le ꝓ ſingulari poſuit. Johānes iudā
hoc dixiſſe dicit: q̄ fuerat fur: ⁊ locu/
los habens ea q̄ mitte. por. Forſitan ⁊
alij diſcipuli aut ſenſerūt hoc aut dixe
runt aut iuda dicēte pſuaſi ſunt: ⁊ om
niū voluntatē Matthe⁹ ⁊ Marc⁹ ver
bis expreſſerunt. Sed iudas q̄ fur: et
alij ꝓpter curā paupeꝝ. Johānes aūt
illū ſolū cōmemorare voluit cui⁹ hac
de cauſa furandi ꝯſuetudinē intima/
re curauit. b Ut q̄d ꝑditio. Hie/
ro. Perdit⁹ de ſalute ꝑditionē inue/
nit: vt in ficu fructifera mort' laqueū
nanciſceret'. c Poterat ⁊c. Hie/
ro. Sub ꝑtextu auaricie myſteriū loq̄
tur fidei. Etenī nr̄a fides trecētis emi
tur denarijs .i. decē ſenſib⁹ ꝑ corpus ⁊
aiam ⁊ ſpm̄ triplicatis: vt ⁊ nos ſicut
Judi. 7. b Gedeon trecentoꝝ viroꝝ numerū aſ/
ſumentes: allophiloꝝ caſtra paupes
ſpū fract' lagūculis nr̄is cum tubis ⁊
Gen. 14. d lucernis deſtruam⁹. Et ſicut abraā cū
trecētis viris ſpolia diuidam⁹ ad ve/
ſperā. d Bonū op⁹. Hiero. Qui
credit in deū reputat' ei in opus iuſti/
cie. aliud enī eſt credere ei: aliud ē cre
dere in eū .i. totū ſe inijcere in illum.
e Me aūt nō. Beda. Corꝑali p̄ntia
⁊ familiaritate cōiunctū ſicut nūc. vn̄
2. Cor. 5. c Apl's: Et ſi nouerim⁹ xp̄m ſm carnē:
ſed nūc iā nō nouim⁹. Spūaliter autē
Mat. 28. d ſemꝑ eſt nobiſcū. vn̄: Ecce ego vobi/
ſcum ſum vſq̄ ad ꝯſum. ſeculi o. di.
Hiero. Ita intelligendū eſt: me aūt
nō ſemꝑ habebitis in corꝑali p̄ntia vt
prius in cōuictu ⁊ familiaritate. Vn̄ ⁊
2. Cor. 5. c per Aplm̄: Si nouerim⁹ chriſtum ſm
carnē: ſed nūc iam nō nouim⁹.
f Qđ habuit hec fe. Qđ putat' ꝑ/
ditionem eſſe vnguenti officiū ſepul/
ture eſt. Nec mirū ſi mihi dedit odorē
fidei bonum: cū eo ꝓ ea fuſurus ſum
ſanguinem meū. g Amen dico vo
bis. Beda. Nota in chriſto noticiā fu
turoꝝ. Paſſuros poſt paucos dies
preſcit euangeliū ſuū toto orbe predi/
candū. Beda. Notandū ꝙ ſicut ma
ria toto orbe quo eſt eccl'ia diffuſa glo
riam meruit de pio obſequio qđ dn̄o
deuote exhibuit. ſic ⁊ iudas qui ei de/
traxit ꝑfidie nota longe lateq̄ īfama/
tur. Sed dn̄s bonum pia laude remu
nerat: futuras impij ꝯtumelias tacet.
h Unus de .xij. ⁊c. Hiero. Unus nu
mero nō merito. nomīe non numine.
corpore nō aīo. Vn̄ ſponſus ad ſpon
Can. 4. c ſam: Vulneraſti cor meum ſoror mea
in vno oculoꝝ: ⁊ ī vno crine colli tui.
Oculus ⁊ crinis ſapiētia eſt ⁊ virtus:
Mat. 13. b quoniā iude cū ceteris dicit': Vob da
tum eſt noſſe myſteriū regni dei: et dedi vobis poteſtatē cal.
⁊c. i Abijt ad. Ille abijt ad principes: ⁊ poſtq̄ exiuit in/
Ps. 18. trauit in eum ſathanas. Hic nox nocti indicat ſcientiā. Vn̄
Eccl. 30. c quodq̄ animal ad ſibi ſimile iungit'. Maria currit ad aplos
vt dies

a Hiero. ꝑ ſynecdochen dicitur
a effudit ſuꝑ caput eius. Erānt au
vnus pro multis: ⁊ multi pro vno.
tem quidā indigne ferētes intra
b ſemetipſos ⁊ dicētes † Ut q̄d per/
c ditio iſta vnguēti facta ē? Pote
rat enim vnguētū iſtud venūda
ri plus q̄ trecētis denarijs: ⁊ da/
Be. hoc de ſolo iuda: ſynecdochicos.
ri paupib⁹. Et fremebant in eā.
Jeſus autem dixit: Sinite eam. †
d † Quid illi moleſti eſtis? Bonū
op⁹ opata ē ī me. Semꝑ enī pau/
peres habetis vobiſcum: et cum
volueritis poteſtis illis benefa/
e cere: me aūt nō ſemꝑ habebitis.
a Hiero. nō aliūde q̄ram⁹ qđ ī nobis habem⁹.
b i. anteq̄ veniret q̄ excluderet.
f Quod habuit hec fēcit: preuenit
vngere corpus meū ī ſepulturā.
g Amē dico vobis: vbicūq̄ predi/
catū fuerit euāgeliū iſtud in vni/
uerſo mūdo: ⁊ quod fecit hec nar
a Remi. dānū effuſi vnguenti vult cōpenſare
precio magiſtri.
rabit' ī memoriā ei⁹. Et iudas ſca †
a nō iuitat⁹: nō coact⁹ ꝑciū ſ; ī volūtate emētiū
poſuit: q̄ſi vilis mācipij. q̄d vultis mihi dare ⁊c.
h i riothis vn⁹ de duodecī abijt ad
ſummos ſacerdotes: vt proderet
eū illis. Qui audiētes gauiſi ſūt:
amiſerunt vitā: quam pecuniā ipſe recipit cum
vitam amittit.
⁊ ꝓmiſerūt ei pecuniā ſe daturos.
a oportunitas doli nunq̄ inuenitur: indicatur
enim hic vel illic.
k Et q̄rebat quō illū oportune tra
l deret. Et primo die azymorū qn̄ a
paſca imolabant: dicunt ei diſci/
a Hiero. vt cum voluntate dei dirigam⁹
puli: Quo vis eam⁹ ⁊ parem⁹ ti
greſſus nr̄os. a vel vt māducēs. charitas
non eſt ſola.
bi cōmedere paſca. Et mittit du/ †
os ex diſcipulis ſuis: ⁊ dicit eis:
eccleſiam.
m † Ite ī ciuitatē: ⁊ occurret vobis b
a primitiuus pp'ls. b legē lr̄e.
n o hōmo lagenā aque baiulāſ. Seq̄
mini eū: ⁊ q̄cūq̄ introierit dicite
dn̄o dom⁹: q̄ magiſter dic: Ubi c
diuerſorium meum.
eſt refectio mea: vbi paſca cū di
ſcipulis meis māducē? Et ipe vo d
p bis demōſtrabit cenaculū grāde

vt dies diei eructat verbum. Judas ad iudeos: vt nox nocti
indicet ſcientiam. k Et querebat ⁊c. Hiero. Promittit ſe
tradere vt magiſter eius ante dicebat: Tibi dabo hāc poteſta/ Luce. 4. a
tem vniuerſam. Beda. Multi hodie ſcelus iude exhorrent:
nec tamen cauent. Cū enim ꝓ munerib⁹ falſum ꝯtra quēlibet
teſtimoniū dicūt: q̄ veritatē pro pecu
nia negant: deū ꝓ pecunia vendunt:
qui dicit: Ego ſum veritas ⁊ vita. Cū Joh. 14. a
ſocietatē fraternitatis aliq̄ diſcordia
cōmaculāt: deū prodūt: q̄ deus chari
tas eſt. Et qđ peius eſt: nō infirmita/
te: nō ignorātia: ſed ſicut iudas q̄rūt
oportunitatē: vt amotis arbitris men
dacio veritatē: crimine mutent virtu/ † Mat. 26. a
tem. l Et prima die azymoꝝ. Be/
da. Quartadecima luna: qn̄ abiecto
fermento agn⁹ occidebat' ad veſpeꝝ:
qđ exponens Apl's ait: Etenī paſca 1. Cor. 5. c
noſtrū imolat⁹ eſt xp̄s. Cuius enī in
ſequēti die quindecima luna ſit cruci/
fixus. hac tn̄ nocte qua agnus imola
batur: ⁊ diſcipulis ſuis corp⁹ ſangui/ † Joh. 13. b
nemq̄ ſuū dedit: ⁊ a iudeis tent⁹ ⁊ li/
gatus ipius imolatiōis .i. ſue paſſiōis
exordiū ſacrauit. Iſido. Cū amari/
tudine comedūt' azyma q̄ eſt redem/
ptio nr̄a. amaritudo enī eſt paſſio do/
mini. m Ite in ciui. Beda. Indi/
ciū eſt p̄ſcientie diuinitatis ꝙ ⁊ cū di/
ſcipulis ſuis loquens qđ alibi fit no/
uit. Pulchre aūt paraturis paſca hō
lagenā vel amphorā (ſm aliū euāge/
liſtam) aque baiulās occurrit: vt oſtē
datur hui⁹ paſce myſteriū ꝓ ablutiōe
mūdi eſſe celebrandū. Aqua enī laua
crū gr̄e: lagena fragilitatē eoꝝ deſi/
gnat ꝑ quos hec gr̄a mūdo erat mini/
ſtranda. Vn̄: Habem⁹ theſaurū iſtum 2. Co. 4. b
in vaſis fictilib⁹. Parāt paſca diſcipu
li vbi aque infert' lagena: vt adeſſe tē
pus inſinuēt: q̄ cultorib⁹ veter' paſce
typic⁹ de limine ac poſtib⁹ cruor aufe/
rat': ⁊ ad tollēda mūdi crimīa viuifici
font' baptiſma ꝯſecret'. Hiero. Ci/
uitas eſt eccl'ia q̄ muro fidei cingitur: B
hō occurrēs primitiuus pp'ls eſt: am/
phora aque lex lr̄e. n Domo lage
nā aque. Beda. Cōſulte ⁊ aque baiu/
li: ⁊ dn̄i dom⁹ tacita ſunt vocabula: vt
oībus verū paſca celebrare volētib⁹:
id eſt ſacramentis xp̄i imbutis: eiuſq̄ ſue
mētis hoſpitio ſuſcipe q̄rentib⁹ facul/
tas danda ſignet'. o Seq̄mini ⁊c.
Hiero. Qui ducit in altū vbi refectio
xp̄i. Vn̄ raab exploratoribus mādat
vt nō ꝑ ima ſed ꝑ excelſa irent.
p Cenaculum grande. Hiero. Eccle
ſia magna que narrat nomen dn̄i ſtra
ta varietate virtutū ⁊ linguaꝝ. vnde:
Circūamicta varietate virtutum. in q̄ Ps. 44.
parat' dn̄o paſca. Domin⁹ dom⁹ petr⁹
apl's: cui dominus domū ſuā credidit †
vt ſit vna fides ſub vno paſtore. Mat. 16 b
Beda. Luc. 22. b

## Nico. de lyra

a Et primo die azymoꝝ. de iſta die ē
cōtrouerſia inter grecos et latinos: q̄
plenius tractata eſt Matth. xxvj. et
Joh. xiij. b Occurret vobis ho/
mo lagenā aque baiulās. iſtud ſignū
dedit eis ad inueniendū locū ꝓ cena:
⁊ creditur ꝙ dn̄s illius domus erat di/
ſcipulus chriſti occultus. c Ubi ē
refectio mea .i. agnus paſcalis: quia dominus illius dom⁹ nō
ſolum prouidit de loco: ſed etiam de agno. d Uobis de/
monſtrabit cenaculum. in illo cenaculo paſca comederunt: et
in illo poſt reſurrectionem latuerunt diſcipuli propter metum

Beda. Cenaculũ: lex ſpũalis q̄ de anguſtijs lr̄e egredit̄: in ſublimi loco recipit ſaluatorē. Nã q̄ adhuc occidentē lr̄am ſeruauerit: q̄ in agno nõ aliud q̄ pecꝰ intellexerit: in imo paſca facit: qꝛ maieſtatē ſpũs nõ cõphēdit in xbis dei. Qui autē baiulũ aq̄. i. gr̄e preconē in domũ eccl'ie fuerit ſecutꝰ: ꝑ ſpũ ſcie illuſtrantē ſupficiē lr̄e trãſcendendo in alto mẽtis ſolio parat refectiõez xp̄o: qꝛ cuncta paſce ſacra ⁊ cetera legis decreta eſſe eiꝰ ſacra cognoſcit.

a • Veſpe aũt. Hiero. Veſpera diei veſperã indicat mũdi. Circa vndecimaz nãq̄ horã veniũt nouiſſimi q̄ p̄mi denariũ accipiũt vite eterne: qꝛ añ crucē abraam erat ĩ inferno: ⁊ poſt crucē latro in paradiſo. b • Amē dico vob. Sicut de paſſiõe p̄dixerat: ita de ꝓditore p̄dicit dans locuz penitẽdi: vt cũ intellexiſſet cogitatiões ſuas p̄ſciri a deo peniteret euz facti ſui. Non tñ ex noĩe deſignat: ne apte redargutꝰ ipudentioꝛ fiat. Mittit crimē in numerũ: vt ꝯſcius pniam agat. c • Vnus ex vob ⁊c̄. Dũ falſitas arguit̄: xitas cõprobat̄ ⁊ implet̄.
Pſ. 40. Qui edebat pa. me. ma. ſup me ſup. Oẽs tangunt̄ vt fiat armonia ĩ cithara. Omẽs nerui bñ ſuſpenſi ꝯſona voce rñdẽt: Nunq̄d ego ſum dñe? Vnꝰ remiſſus ⁊ pecũie amore affectꝰ dixit: Nũq̄d ego ſuz rabbi? d • Cõtriſtari. Sciunt vndecĩ qꝛ nihil mali ꝯ dñm cogitauerãt: ſ; plꝰ credũt magr̄o q̄ ſibi: ⁊ timẽtes fragilitatē ſuã triſtes de pctõ ſuo interrogãt: cuiꝰ non habebãt ꝯſciam. e • Vnꝰ ex. xij. Hiero. Separat ſeorſuz ouē lupꝰ quaz capit. Ouis q̄ de ouili egredit̄ lupi patz morſibꝰ. f • Qui intingit ⁊c̄. Beda. Mira dñi patiẽtia. Priꝰ dixit: vnꝰ ex vob tradet me: pſeuerat ꝓditoꝛ ĩ malo. Apertiꝰ arguit: ⁊ tñ nõ ꝓprie deſignat̄. iudas alijs ꝯtriſtat̄ ⁊ manũ retrahẽtibꝰ a cibis temeritate ⁊ ipudentia q̄ dñm tradit: etiã manuz cũ magr̄o in cathino mittit: vt audacia bonã cõſcientiã mentiret̄. g • Ve aũt ⁊c̄. Beda. In ſempiternũ ve hoĩ illi q̄ ad mēſam dñi indigne accedit. Ille eni ĩ exemplũ inde filiũ hoĩs tradidit nõ iudeis q̄dē pctõribꝰ: ſed tñ pctõribꝰ mēbris. i. ſuis q̄ accipe dñici corpis ſacramẽtũ temerarie preſumit. Ille dñm vēdit q̄ eiꝰ timore ⁊ amore neglecto terrena ꝓ illo ⁊ caduca imo ⁊ criminoſa diligere ⁊ curare nõ metuit. Beda. Ve aũt. Nec p̄mo nec ſcd̄o correctꝰ pe
Rom. 2. a nitet: ſed patiẽtia dñi nutrit impudentiã ſuã ⁊ theſauriçat ſibi irã. Pena p̄dicit̄: vt q̄ pudore non vincit̄: timore corrigat̄.

ſtratũ: ⁊ illic parate nob. Et abierũt diſcipuli eiꝰ ⁊ venerũt ĩ ciuitatē: ⁊ inuenerũt ſicut dixerat illis:
(fine mundi.)
a ⁊ parauerũt paſca. † Veſpe aũt facto † vẽit cũ duodecĩ: ⁊ diſcũbẽtibꝰ eis
b ⁊ mãducãtibꝰ ait ieſus: Amē di
c co vob: qꝛ vnus ex vobis tradet me q̄ mãducat mecũ. At illi cepe
d rũt ꝯtriſtari ⁊ dicere ſingillatim:
e Nunq̄d ego? Qui ait illis: Vnꝰ
f ex duodecĩ q̄ intingit manũ mecũ in cathino. Et filiꝰ quidē hoĩs
g vadit: ſicꝫ ſcriptũ ē de eo. Ve aũt
(Hiero. mlti bonũ vt iudas faciũt: ſ; nihil eis ꝓficit.)
hõmi illi ꝑ quē filiꝰ hoĩs tradet̄.
(a ſimplr dictũ. b latẽs materno vtero: meliꝰ eſt nõ eſſe q̄ ad tormẽta eſſe. alõ eſſet.)
Bonuz erat ei: ſi natꝰ non fuiſſet
h homo ille. † Et mãducãtibꝰ illis: †
i accepit ieſus panē ⁊ benedicens fregit ⁊ dedit eis: ⁊ ait † Sumite: hoc eſt corpus meuz. Et accepto †
(Hiero. grã nõ meritis ſaluari ſumus a deo.)
k calice: gratias agẽs dedit eis: et
l biberunt ex illo oẽs. Et ait illis:
(a nõ veteris de q̄ h ſãguis teſtamẽti ē qð mãdauit ad vos oẽs. Hier. ꝓ mlt̄ effũdit̄ ſ; ñ oẽs emũdat)
Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti: qui pro multis effundet̄.
m † Amē dico vobis q̄ iã nõ bibaz
n de genimine vitis: vſq̄ in diem illum cum illud bibam nouuz in
(a Hiero. laudabũt deũ q̄ reqrũt eũ ⁊ adorauerunt eum ⁊ mãducauerũt oẽs pingues terre.)
o regno dei. † Et hymnõ dicto: exi †
p erunt in montem oliuarũ. Et ait †
q illis ieſus: Oẽs ſcandaliçabimini ĩ me ĩ iſta nocte: qꝛ ſcriptũ eſt:

ratur ad ſanguinē. Sed qꝛ nos in xp̄o ⁊ xp̄m in nob manere oportet: vinũ cũ aqua miſcet̄: qꝛ teſte Johē aque ꝑpli ſunt: ne Apoc. 17. a
q̄ aquã ſolã neq̄ vinũ ſoluz: ſicut nec ſolũ granũ ſine aq̄ ꝯfectiõe ĩ panē cuiq̄ li; offerre: ne videat̄ a mẽbr̄ caput ſecernere: vel xp̄m ſine nr̄e redẽptiõis amore pati potuiſſe: vel nos ſine illius paſſione ſaluari. k • Gratias agens. Gr̄as egit ⁊ bñdixit iam proximus paſſioni q̄ penã aliene iniquitat̄ ſuſcipit: q̄ nihil dignũ paſſiõe egit: vt oſtendat q̄ equanimiter vnuſq̄ſq̄ ꝓprie culpe flagella ſuſtinere debeat. l • Biberũt ex eo oẽs. Hiero. Ebrietas felix: ſalutar̄ ſatietas: q̄ quãto copioſius ſumit̄: tanto ſobrietatē mentibꝰ dignat̄ donare. (Mat. 26. b; Luce. 22. c; Joh. 13. c) Et iudas bibit: ſ; non ſaturat̄: nec ſitim extinguit ignis eterni: quia q̄ indigne ſumit myſteria xp̄i: hic macula in luna oñdit̄ q̄ nunq̄ delet̄. Luna eccleſie cõparat̄ merito q̄ a ſe nõ habet ſplẽdorez: ſed a ſole cert̄ modis ſuſcipit lumē. i. a chriſto: qui ꝑmanet in eternũ. Sũt eni quidã in eccl'ia q̄s ſacrificiũ nullũ emũdat: ſed inſipiens cogitatio ꝑducit ad culpas: q̄ ſe crudelitatis ceno miſcuerũt. Sanguis eni noui teſtamẽti q̄ ꝓ multis effundit̄ nõ oẽs emundat. m • Iam nõ bibaz. Hiero. Hic mutat ſacrificiũ: ſed nõ mutat tẽpus: vt nos nunq̄ cenã ieſu ante q̄rtãdecimaz lunam faciamꝰ. Qui facit in q̄rtadecima reſurrectionē: in vndecima cenam dñi facit: (Ma. 26. c; Luce. 22. b) qð nunq̄ inuẽtũ eſt nec ĩ nouo nec in veteri teſtamẽto. n • Vitis ⁊c̄. Beda. Vitis vl̄ vinea dñi ſynagoga. Vñ Eſaias: Vinea dñi ſabaoth domꝰ iſrael eſt. (1. Cor. 11. e; Eſaie. 5. b) de hac dñs multo tp̄e bibit: q̄uis pluribꝰ ramis ĩ amaritudinē ꝯuerſis: pijs tñ q̄rundã cogitationibꝰ ſũmiſq̄ virtutibꝰ delectabatur. Sed poſt paſſionē dñi figuralia in ſpiritualē ſenſum trãſlata ſunt. Iturꝰ ergo ad paſſionē ait: Iã nõ bibã de ge. (Luce. 22. b) vi. vſq̄ in d. il. cuz il. bi. no. in re. dei. Nõ eſt nõ vltra carnalibꝰ cerimonijs ſynagoge delectaboꝛ in q̄bꝰ erat et paſcalis agni ſacramẽtũ qð p̄cipuũ eſt. (Mat. 26. e) Aderit tp̄s cũ in regno dei poſitꝰ immortali glĩa ſublimatꝰ de ſalute eiuſdē ꝑpli baptiſmo regenerati nouo vobiſcũ gaudio ꝑfundar. o • Et hymno dicto. Beda. Poteſt intelligi hymnus quem ſcḋm Johēm p̄ri gr̄as agens (Joh. 17. a) decantabat: in q̄ ⁊ ꝓ ſe ⁊ ꝓ ſuis diſcipulis: ⁊ ꝓ his q̄ ꝑ verbũ eorũ credituri erant eleuatis ſurſum oculis precabatur: ⁊ pulchre diſcipulos ſacramento ſui corporis ⁊ ſanguinis imbutos:

h • Manducãtibꝰ. Beda. Finito veteri paſca qð in cõmemoratiõe liberatiõis ꝑpli dei ab egypto agebat̄: tranſit ad nouũ: qð in ſue redẽptiõis memoriã eccliam freq̄ntare volebat: vt. ſ. ꝓ carne agni ac ſanguine ſui corpis ac ſanguis
Pſ. 109. ſacr̄m ſubſtitueret: ⁊ ſe eſſe mõſtraret cui iurauit dñs ⁊ nõ pe. eũ: tu es ſa. in eter. ⁊c̄. Frangit ip̄e panē quē diſcipulis porrigit: qꝛ fractio ſui corpis ſponte ſua ⁊ ꝓcuratiõe venit. Unde:
Joh. 10. d Poteſtatē habeo ponẽdi a. me. ⁊c̄. Priuſq̄ frãgeret benedixit: qꝛ naturã hũanã quã paſſurꝰ aſſũpſit: vna cũ p̄re ⁊ ſpiritu ſcõ grã diuĩe virtut̄ ĩpleuit. Bñdixit panē ⁊ fregit: qꝛ hominē aſſumptũ ita morti ſubdidit: vt ei diuĩe ĩmortalitat̄ veraciter ineſſe potẽtiã demõſtraret. ideoq̄ velociꝰ a morte reſuſcitãdũ. i • Accepit panē. Hiero. Figurãs corpꝰ ſuuz in pane qð eſt eccl'ia p̄ns: q̄ accipit̄ in fide: bñdicit̄ in numero: frãgitur in paſſiõibꝰ: dat̄ exẽplis: ſumit̄ doctrinis. Formãs ſanguinē ſuũ in calice vino ⁊ aqua mixtum: vt alio purgemur a culpis: alio redimamur a penis. Sanguine nãq̄ agni domꝰ ſeruant̄ a ꝑcuſſiõibꝰ angeli. Et aqua maris rubri extinguun
Myſtice tur inimici: q̄ ſunt myſteria eccl'ie xp̄i. Beda. Myſtice. Panis q̄ ꝯfirmat cor hoĩs refert̄ ad corpꝰ. vinũ qð ſanguinē ope
ratur ad

⁊ hymno dicto patri cõmẽdatos educit in montē oliuaruz: vt doceret nos ꝑ acceptionē ſacramẽtoꝝ: ⁊ ꝑ opem interceſſiõis ſue ad altiora virtutũ dona et chariſmata ſanctiſpũs q̄bus in corde pungamur debere ꝯſcendere. p • In montē oli. Hiero. In monte oliueti tenet̄ ieſus: ⁊ inde aſcẽdit ad celos: vt ſciamus quia inde aſcendimus ad celos. Unde vigilamus et oramus ⁊ ligamur nec repugnamus in terra. q • Omẽs ſcandaliça. Beda. Predicit q̄d paſſuri ſunt: vt cũ paſſi fuerint nõ deſperẽt: ſed peniteãt. In nocte iſta qui ebrij ſunt nocte ebrij ſunt: ⁊ qui ſcandaliçantur nocte ſcandaliçantur. i. mente obſcurati. Hiero. Omnes cadunt: ſed non omnes iacent. Nunquid qui dormit nõ adijciet vt reſurgat? Carnale eſt cadere. diabolicum eſt iacere. (Pſ. 40.) ❡ Percutiam

## Nico. de lyra

iudeorum: et in illo ſpiritum ſanctum receperunt in die pentecoſtes: vt habetur Actu. ij. a • Qui intingit mecum manum in cathino. vas eſt fictile ad refrigerandum vinum: et in illo erat ius lactucarum agreſtiuz cum quo carnes agni debebant comedi: vt dicitur Exo. xij.

Abba pater

a Percutiã paſtorẽ. Hiero. Percu
te paſtorẽ. Propheta poſtulat paſſio
nẽ dñi: pater rñdet. Percutiaȝ paſto
rẽ. Precibꝰ ſctõꝝ filiꝰ a prẽ mittit̃. i.
incarnat̃ ⁊ ꝑcutit̃ ⁊ patit̃. diſpergunt̃
oues paſtore capto. Reſurrectio ꝓ
mittit̃ vt ſpes nõ extinguat̃. b Pe
trus aũt. Hiero. Quis ſine pennis in
altũ volare nitit̃: ſed corpꝰ aggrauat
aĩam vt timore hũane mortꝫ timor dñi
ſuperet̃. c Bis gallus vocẽ. Be
Ma. 26. d da. Alij ſimpliciter: priuſq̃ gallus can
tet ter me negabis. Marcꝰ: Priuſq̃
gal. bis vo. de. ter. me ne. qḋ nõ eſt cõ
trarium. Tota enĩ petri negatio trina
negatio eſt: ⁊ in eo ꝓpoſito animi re
manſit vſq̃quo amare fleuit. Hec to
ta ſi poſt primũ gallicantuȝ inciperet:
falſum tres dixiſſe viderent̃ q̃ dixerũt
dñm dixiſſe: Priuſq̃ gal. can. ter me
nega. Item ſi totã ante ꝑegiſſet q̃ȝ gal
lus cantare inciperet: ſupflue dixiſſet
Marcꝰ ex ꝑſona dñi: priuſq̃ gal. bis
vo. de. ter me es ne. Sed qꝛ ante ꝑmũ
gallicantũ incepta eſt: attẽderũt tres
nõ qñ eã impleturꝰ eſſet: ſed qñ futu
ra: qñ ceptura: qꝛ trina. ſ. cepit añ gal
licantũ. Poteſt etiaȝ intelligi qꝛ ante
primũ gallicantũ tota in aĩo eius fue
rit: q̃uis enĩ verbis ante primũ galli
cantũ ſit cepta: ⁊ añ ſecundũ cõpleta:
tñ in affectiõe ⁊ timore animi petri an
te primũ gallicantuȝ tota cepta eſt: ſi
Mat. 5. d cut ⁊ illud: Qui viderit mu. ad cõ. e.
iam me. eſt eã ⁊c̃. Hiero. Gallꝰ can
tat: petrus negat ter. Gallus nũcius
lucis ſpũſſctũs eſt: cuiꝰ voce in ꝓphe
tis ⁊ aplis nos de trina negatiõe qua
dñm negauimꝰ noſſe: voce ancille ex
territi exhortamur ad amariſſimoſ fle
tus poſt lapſum: q̃ male cogitauimus
de deo: male locuti ſumꝰ ad ꝓximuȝ:
⁊ male fecimꝰ ad noſmetipſos. Hie
ro. Nota ꝙ petrus negat: ⁊ tertio ne
gat: ſed poſtq̃ȝ gallus cecinit ⁊ diſce
dentibus tenebris vicina lux nuncia
ta eſt: ꝯuerſus amare fleuit: ⁊ trine ne
gationis ſordes lauit lachrymis.
d Gethſemani. Hiero. Id eſt vallis
pinguium: vbi tauri pingues obſede
rũt eũ: ⁊ vituli multi circũdederũt eũ.
e Sedete hic. Iſido. Separantur in
orõne q̃ ſeparant̃ in paſſiõe: quia ille
orat: illi dormiũt pinguedĩe cordiſ op
preſſi. f Donec orẽ. Beda. Cũ do
minꝰ in mõte orat: admonet ⁊ nos vt
orãdo ſublimia. i. celeſtia petamꝰ. Sȝ
cũ in valle: ⁊ h̃ in valle pinguium vel
pinguedinis: monet nos hũilitatẽ in
orõnibꝰ hr̃e: ⁊ pinguedine dilectiõis
interne. Et pulchre appropiãs morti ĩ
valle pinguiũ orat: qꝛ ꝑ vallẽ hũilita
tis ⁊ pinguedinẽ charitatis ꝓ nobis
Phil. 2. a ſubijt mortem. Añ: Humiliauit ſeipm
Joh. 15. b f. o. vſq̃ ad m. Et maiorem hac dilec.
nemo hȝ vt po. q̃s a. ſ. ꝓ a. ſ. g Et
cepit pa. ⁊c̃. Hiero. Pauere ⁊ triſtari
docemur ante iudiciũ mortꝫ: q̃ nõ poſ
Joh. 14. a ſumus ꝑ nos dicere niſi ꝑ illũ: Uenit
ꝑnceps huiꝰ mũdi ⁊ in me nõ hȝ q̃cq̃.
h Triſtis eſt aĩa. Beda. Nõ ꝓpter
mortẽ triſtis eſt: qꝛ eũ ꝯditio corpalis
affectus: nõ formido mẽtis offendit.
Nã q̃ corpꝰ ſuſcepit oĩa debuit ſubire
q̃ ſunt corporis: vt eſuriret ⁊ ſitiret ange
ret̃ ⁊ triſtaret̃. Diuinitas aũt neſcit cõ
mutari ꝑ hos affectus. Beda. Tri
ſtis eſt aĩa ⁊c̃. Timet xp̃s: petrꝰ nõ ti
metimo

a † Percutiã paſtorẽ ⁊ diſpergẽtur
ſ apli. ſ Hiero. ꝓmittit̃ reſurrectio ne deſperẽt.
oues. Sed poſtq̃ȝ reſurrexero pre
b cedam vos in galileaȝ. † Petrus †
ſ nõ eſt temeritas nec mendaciũ: ſed
fides ⁊ ardens effectus.
autẽ ait illi: Et ſi omnes ſcãdali
a ſ Petrus ex ardore fidei ꝓmittebat: ſed
chriſtus vt deus futura prenouerat.
ȥati fuerint: ſed nõ ego. Et ait illi
ieſus: Amẽ dico tibi: qꝛ tu hodie †
c in hac nocte ꝑuſq̃ bis gallus vo
cẽ dederit: ter me es negaturus.
At ille ãpliꝰ loquebat̃. † Et ſi opor
tuerit me ſimul cõmori tibi: non
te negabo. Similiter autẽ ⁊ oẽs
dicebãt. Et veniũt in prediũ cui
d nomẽ gethſemani: et ait diſcipu
e f lis ſuis: † Sedete hic donec oreȝ.
Et aſſumit petrũ ⁊ iacobũ ⁊ iohã
g neȝ ſecũ: ⁊ cepit pauere ⁊ tedere.
h † Et ait illis: Triſtis eſt aĩa mea
i vſq̃ ad mortem. Suſtinete hic ⁊
vigilate. † Et cuȝ proceſſiſſet pau
ſ humilitatẽ mentis oſtendit habitu corporis.
k lulũ: ꝓcidit ſup terram ⁊ orabat:
vt ſi fieri poſſet trãſiret ab eo ho
a ſ Hiero. hebraice ⁊ grece: quia non eſt diſtin
ctio iudei ⁊ greci.
ra: ⁊ dixit: † Abbã pater oĩa poſ a
ſibilia ſunt tibi: trãſfer calicẽ hũc
l a me. Sed non qḋ ego volo: ſed
qḋ tu. Et venit ⁊ inuenit eos dor
ſ Hiero. ſicut dormiũt mẽte: ita dormiũt corꝑe.
m miẽtes. Et ait petro: Simon dor
mis? Non potuiſti vna hora vi
n gilare? Uigilate ⁊ orate vt nõ in
o tretis in tentationeȝ. † Spiritus
quidẽ promptꝰ eſt: caro ṽo infir
ma. Et iterum abiens eundeȝ ſer
monem orauit dicens: Et reuer
ſus denuo inuenit eos dormien
ſ langueſcunt oculi apoſtolorũ negatiõe vicina.
tes. Erant enim oculi eoꝝ graua
ti: ⁊ ignorabãt quid reſpõderent
p ei. Et venit tertiõ ⁊ ait illis: † Dor
mite iam ⁊ requieſcite. Sufficit:
Uenit hora: ecce filius hominis
q tradet̃ in manus peccatoꝝ. Sur
gite eamꝰ. Ecce qui me tradet ꝓ
pe ẽ. † Et adhuc eo loquẽte: vẽit
iudas ſcarioth vnꝰ de duodeciȝ:
ſ Hiero. confidit de virtute ſeculi qui deſperat
de auxilio dei.
⁊ cum eo turba multa cũ gladijs
⁊ lignis miſſi a ſũmis ſacerdoti
bus et ſcribis et ſenioribus. De
r derat ãt traditor eis ſignũ dicẽs:
Quẽcũq̃ oſculatꝰ fuero ipſe eſt: †
tenete eum ⁊ ducite caute. Et cũ b
veniſſet ſtatim accedẽs ad eum:

metimo dicit: Aiam meã ꝓ te ponã. Joh. 13. d
Chriſtꝰ dicit: Aĩa mea turbata ẽ vſq̃ † Zach. 13. c
ad mortẽ. Petrus. q. hõ vim mortis
ignorat. Chriſtꝰ: qꝛ deꝰ in corꝑe cõſti †
tutus exponit fragilitatẽ carnis vt hõ Mat. 26. e
verꝰ appareat: triſtꝫ eſt aĩa mea. Su Lu. 22. d
ſcepit triſticiã hoĩs ⁊ voluntatẽ hoĩs
ſicut ⁊ dolorẽ hoĩs: q̃ ꝓ ſe ꝙ doleret ñ
habuit: ſemota delectatiõe eterne diui
nitatis afficit̃ tedio hũane infirmita
tis. i Suſti. ⁊c̃. Be. nõ a dormitiõe
ꝑcipit abſtinere cuiꝰ nõ ẽ tp̃s iminẽte
diſcrimĩe: ſȝ a ſũmo ĩfidelitatꝫ ⁊ torpo
re mentis. k Et ora. vt ſi. Be. Hec D
vox ẽ ſonꝰ infirmitatꝫ nr̃e. Multi tri
ſtant̃ morte futura: ſȝ hñt rectũ cor vt †
vitẽt mortẽ q̃ntũ pñt. Sȝ ſi nõ pñt: di Mat. 26. d
cant qḋ ip̃e xp̃s. Pr̃ ſi fi. po. trã. a me
ca. iſte. Ecce hẽs volũtatẽ hũanaȝ ex
preſſam. Uide rectũ cor: ſȝ nõ qḋ ego
volo: ſȝ qḋ tu vis. vñ: Nõ veni facere Joh. 4. d
volũtatẽ meã. ſ. quã tpalitꝫ ſũpſi ex vir
gine: ſȝ vo. eiꝰ q̃ mi. me. quaȝ. ſ. habui †
eternꝰ cũ pr̃e. Orat trãſire calicem: qꝛ Mat. 26. d
hõ: ſȝ ꝓpter qḋ miſſus ẽ remiſcẽs: ꝑfi
cit diſpẽſationẽ. ⁊ dicit: nõ qḋ ego vo. †
ſȝ qḋ tu. q. ſi morit̃ mors me nõ mori Ma. 26. d
ente: ſm carnẽ tranſeat calix: ſȝ qꝛ alitꝫ Joh. 12. d
nõ fiet. nõ qḋ ego volo: ſed quod tu. †
Hiero. Hoc ꝯ eutichianos q̃ dicunt Ma. 26. d
vnã tm̃ ĩ xp̃o operationẽ: vnã volũtatẽ. Luce. 22. d
Hic aũt oñdit hũanã q̃ ꝑ infirmitateȝ Joh. 6. e
carnis recuſat paſſionẽ: ⁊ diuinã que
ꝓmpta ẽ ꝑficere diſpẽſationẽ.
l Sȝ nõ qḋ. Hiero. Uſq̃ ĩ finẽ nõ ceſ
ſat docere nos pribꝰ obedire: ⁊ volũ †
tatẽ coꝝ volũtati noſtre ꝑponere. Luce. 22. e
m Et ait petro ⁊c̃. Qui dixerat: Et ſi Joh. 6. e
opor. me m. t. nõ te ne. ⁊ ſi oẽs ſcã. fu. Ma. 26. d
ſȝ nõ ego. nunc triſticie magnitudine
ſomnũ vincere nõ põt. n Ut nõ in.
Nõ ait: vt nõ tentemini: ſȝ vt nõ ĩtretꝫ
in tẽtationẽ. i. vt tẽtatio vos nõ ſuperꝫ:
nõ teneat ĩtra ſuas caſſeſ. Hiero. In
tẽtationẽ intrat q̃ orare negligit. Ter
diſcipuli dormiũt: ter dñs orans ſuſci
tat: trina dormitio tres mortuos quoſ †
dñs ſuſcitauit ſignificat. Primꝰ ĩ do Ma. 26. d
mo. ſcõus ad ſepulchrũ. tertius de ſe Joh. 6. g
pulchro. Trina dñi vigilia tres perſo
nas nos hr̃e in orãdo docet: ⁊ de p̃te
ritis ⁊ de p̃ntibꝰ ⁊ futurꝫ veniã roga
re. o Spũs q̃dẽ. Temerarios rep
mit q̃ q̃cq̃d crediderint putãt ſe poſſe
ꝯſeq̃: ſȝ q̃ntũ ex mẽtꝫ ardore ꝯfidimꝰ: E
tantuȝ ex fragilitate carnis timeamꝰ:
ſȝ tñ ſm Aplm ſpũ facta carnis morti †
ficemꝰ. p Dormite iã. Nota ꝙ h̃ Ma. 26. d
dicto aliq̃ntulũ ſiluit ⁊ req̃euerũt. vñ
dr̃: Sufficit. q. req̃euiſtꝫ. deĩde ĩtulit:
Ecce venit hora ⁊c̃. q Surgite ea.
Poſtq̃ȝ tertio orauit ⁊ aploꝝ timoreȝ
ꝑnĩa corrigẽdũ docuit: ſecurꝰ ad paſ
ſionẽ ꝑgit. dicẽs: Sur. ea. q. nos nõ in †
ueniãt timẽtes: ſed vltro eamꝰ obuiã Mat. 26. e
vt paſſuri gaudiũ ⁊ ꝯfidentiã videãt. Luce. 22. e
r Signũ. Hiero. Dat ſignum oſculi Joh. 18. a
cũ veneno diaboli: ſicut cain obtulit Gen. 4. a
ſacrificiũ ſubdolũ ⁊ reprobatũ. vñ vi
nũ cũ aceto ĩ cruce ponũt. ☞ Rabbi

## Nico. de lyra

a Abba pater. idem ſignificant. ta
men vnum eſt grecum: ⁊ aliud latinũ.
In tertia parte principali dicitur:
b Et ducite eum caute. ne forte rapi
atur de manibus veſtris: qꝛ populus
cõis habebat deuotionẽ ad eum.

¶ a Rabbi. Beda. Impudẽs ⁊ ſcelerata
ↄfidẽtia mgr̃m vocat ⁊ oſculũ ingerit ei
quẽ tradit. Aliq̃d tñ hʒ de verecũdia di
ſcipuli: qꝛ nõ palã cũ pſecutoribꝰ tradit:
ſʒ ſigno oſculi. Suſcipit oſculũ dñs: non
vt doceret nos ſimulare ſʒ ne ꝓditiõeʒ vi
Ps.119. deat̃ fugere. Illud etiã cõplet. Cũ his q̃
o. pa. ⁊c. b Unꝰ aũt. Be. Petrus ſm
Ioh. eodẽ ardore mẽtis q̃ cetera. Sciebat ei
q̃m phinees puniẽdo ſacrilegos mercedẽ
iuſticie ⁊ ſacerdotij pennis accipet. Lu
Luce.22.f cas ait: qꝛ dñs tan. au. ſa. eã. Ipſe enĩ pie
tatis nunq̃ obliuiſcit̃: hoſtes etiaʒ ſuos
Myſtice vulnerari nõ patit̃. Myſtice. Docens
eos q̃ in ſue mortis ↄſenſiõe vulnꝰ aie con
traxerũt: ſi digne penituerint ſalutẽ poſ
ſe mereri. c Tanq̃ ad la. Be. Quaſi
ſtultũ ẽ cũ gladijs ⁊ fuſtibꝰ cõphendere
q̃ vltro ſe vobis tradit: ⁊ in nocte q̃ſi la
titantẽ inueſtigare p ꝓditorẽ: cũ q̃tidie ĩ
tẽplo doceat. Sed iõ aduerſum me ↄgre
gamini in tenebris: qꝛ ptãs vr̃a in tenebris
eſt. d Tũc diſci. Be. Implet̃ qd̃ dixit:
ꝙ oẽs ſcãdaliçarent̃ in ipõ in illa nocte.
Nã ⁊ ſi turba pmittẽte ad petitionẽ dñi
fugerũt ſm Ioh. pauorẽ tñ mẽtis oſtẽde
bant ⁊ ad fugã ꝓmptiores erãt q̃ ad pa
tiendi fiduciã. Beda. Tũc diſcipli ⁊c.
Sicut petrꝰ q̃ negatione lachrymis ablu
it: ⁊ cõfeſſiõe dñici amoris trina fundit̃
extirpauit: recupationem eoꝝ oñdit q̃ in
martyrio labunt̃: ſic diſcipuli alij q̃ arti
culũ cõprehẽſiõis fugiẽdo ꝓuenerũt: cau
telã fugiendi docẽt eos q̃ ſe ad ſupplicia
minus ſentiũt idoneos: qbꝰ tutiꝰ eſt la
tere q̃ ſe diſcrimini opponere. Ita etiam
adoleſcẽs q̃ relicta ſyndone nudus ꝓfu
git ab impijs: illoꝝ opus deſignat ⁊ ani
mã: q̃ vt ſecuriores ſint oĩa mũdana ab
ijciũt: ⁊ nudi potiꝰ dño famulari q̃ mun
do adherẽdo materiã tẽtandi: ⁊ a deo re
uocandi aduerſarijs dare didicerunt.
e Adoleſcẽs aũt. Quis iſte fuerit euã
geliſta nõ dicit: qꝛ vero plꝰ ceteris dñm a
mauerit res ipſa indicauit: alijs fugiẽti
bus ipſe donec ab hoſte cõprehẽderetur
charitas vinclo aſtrictꝰ dñm ſeq̃ nõ omi
ſit. Modũ tñ pfectã charitateʒ habuit: q̃
vel tenꝰ fugere potuit. Poſſumꝰ tñ hũc
Iohem fuiſſe intelligere p ceteris dilectũ
a mgr̃o: quẽ eo tpe fuiſſe adoleſcentẽ lõ
ga poſt vita eiꝰ acta indicio eſt. Potuit
aũt h̄ fieri vt ad horã elapſus moꝝ ſũpto
veſtimẽto redierit: ⁊ ſub dubia noctis lu
ce ſe turbis ducẽtiũ ieſum q̃ſi vnꝰ ex ipſis
immiſcuerit: q̃ ad ꝑuenirt ad atriũ pon
tificis cui erat notꝰ ſicut ipſe dicit. f At
ille re. Sicut ioſeph relicto pallio nudus
de maĩbꝰ impudice dñe effugit. Qui au
tẽ vult effugere manꝰ iniq̃rũ relinquens
mente q̃ mũdi ſunt: poſt ieſum fugiat.
g Ab eis. Quoꝝ ⁊ pfitiã deteſtabat̃ ⁊
facta: nõ a dño cuiꝰ amorẽ etiam abſens
corpe fixũ ſeruauit in mẽte. h Sũmũ
ſacer. Caypham ſcʒ qui ſm Iohem erat
pontifex anni illiꝰ. de q̃ ↄſentaneum ſcri
bit Ioſephꝰ ꝙ pontificiũ ſibi abſq̃ meri
to dignitatis emerat a ꝓncipe romano.
Quid ergo mirũ ſi iniquus põtifex iniq̃
iudicat? i A longe ⁊c. Beda. Quia
negatiõi primꝰ. ſi xpo ꝓximꝰ fuiſſet nõ
negaſſet. In h̄ tñ admirãdus eſt ꝙ dñm
nõ reliq̃t etiã ſi timeat. Qꝛ timeat nature
eſt. ꝙ ſequit̃ deuotiõis eſt. ꝙ negat obre
Allego. ptiõis eſt. ꝙ penitet fidei eſt. Allego.
Qꝛ ad paſſionẽ eundẽ petrus a lõge ſeq̃
tur: ſignificat eccliam quidẽ ↄſecuturaʒ
dñi paſſionẽ. Sed longe different. Eccle
ſia enim

a ait: Aue rabbi. Et oſculatꝰ eſt
a ¶ Hiero. adeſt ioſeph vincꝰ venditꝰ a fra
tribus ⁊ ferrũ ptranſiuit animã eius.
euʒ. At illi manꝰ iniecerunt in
b ieſuʒ: et tenuerunt euẽ. Unus
autem quidam de circumſtan
tibus educens gladiuʒ percuſ
ſit ſeruum ſummi ſacerdotis:
¶ Hiero. predicatio petri auditũ regni dei
abſcidit a iudeis.
⁊ amputauit ei auriculã† Et re †
c ſpondens ieſus ait illis: Tanq̃
ad latronẽ exiſtis cum gladijs
⁊ lignis cõphẽdere me. Quo
tidie apud vos eram in tẽplo
cens: et non me tenuiſtis: ſed
d vt impleãtur ſcripture. † Tũc
Hiero. adimpletum eſt: Elongaſti a me ami
cum ⁊ proximũ ⁊ notos meos a me.
diſcipuli eius relinquẽtes euʒ
e omnes fugerunt. Adoleſcens a
aũt quidã ſequebat̃ eum ami b
¶ nihil indumenti habebat niſi ſolã ſyndonẽ.
ctus ſyndone ſuper nudo: ⁊ te c
¶ alſo reiecta.
f nuerunt eũ. At ille relicta ſyn †
g done nudus profugit ab eis.
h † Et adduxerunt ieſuʒ ad ſum
mum ſacerdotem. Et conue
Hiero. fit congregatio taurorũ in vaccis po
pulorum.
nerunt omnes ſacerdotes et
a ¶ Hiero. vir duplex aĩo incõſtans
eſt in o. v. ſ. timor retrahit: charitas trahit.
ſcribe ⁊ ſeniores. † Petrus aũt †
i a longe ſecutꝰ eſt eum vſq̃ in
k tro in atrium ſummi ſacerdo
l tis: ⁊ ſedebat cũ miniſtris ⁊ ca †
lefaciebat ſe ad ignẽ. † Summi †
vero ſacerdotes ⁊ omne conci
lium querebant aduerſus ie
ſum teſtimonium vt eum mor
a ¶ mentita eſt iniquitas ſibi vt regina aduer
ſus ioſeph: ſacerdotes aduerſus ſuſannã: ſed
ignis ſine materia defecit.
ti traderent nec inueniebant.
m Multi eni falſuʒ teſtimonium
dicebãt aduerſus eũ: ⁊ conue
¶ quod variatur incertum eſt.
niẽtia teſtimonia nõ erãt. † Et
quidã ſurgẽtes falſuʒ teſtimo
niũ ferebãt aduerſus eũ dicen
tes: Quoniã nos audiuimus d
a ¶ dñs dixi: Soluite vos: ſed nõ ego: qꝛ nul
lus debet ſibi inferre mortem.
eũ dicentẽ: Ego diſſoluã tem
¶ hoc addunt vt proprie de templo iudai
co videatur dixiſſe.
plũ hoc manufactũ: ⁊ poſt tri
duuʒ aliud nõ manufactũ edi
¶ dñs dixit: ſuſcitabo viuum animal: ſignãs
⁊ ſpirans templum.
ficabo. Et nõ erat ↄueniẽs te
n ſtimoniuʒ eorum. Exurgẽs ãt
ſummus ſacerdos in mediuʒ:

ſia ei ꝓ ſe patit̃. ille ꝓ ecclia. k Atri
um ſummi ⁊c. Atrium ſecularis circũ
itus eſt. Miniſtri demonia ſunt. Ignis
deſiderium carnale: cũ quibus qui ma
net flere peccata nõ valet. l Et ca
le. ſe ad ⁊c. Beda. Eſt ignis charitas.
de quo dicit: Ignẽ veni mittere in ter Luce.12.f
raʒ: ⁊ quid volo niſi vt ardeat? Eſt etiã
cupiditatis. de quo dr̃: Omnes adulte Osee.7.b
rantes velut clybanus corda eoꝝ. Hic
ſuperedentes varijs linguis eos dñm †
laudare docebat. Ille in atrio cayphe Mat.26.e
inſtinctu maligni ſpiritus accẽſus: ad Luce.22.f
h Et ſcio. Cū dicat mādatū eē vitā eternā ⁊ ip̄e ſit vita eterna. apte dic ſe mādatū dei

i Que ḡ. itelligētib' mētib' vt ē nata vitas ex p̄re. ſic loq' vitas int' ſine ſono: ſic dixit ei p̄r: ſ; vt crederēt hoīeſ qd̄ nōdū pñt ītelligē: ex oīe carnis vba ſonuerūt: q̄ ꝓlata ⁊ lr̄is ſigta: noſ ad ipaꝫ vitatē aliq̄ten' erigunt.

---

ſ que eſt in cruce.

a b **gloriā dei. Jeſus aūt clamauit ⁊** a b

a ſ q̄ ſe mihi in fide cōicat. b ſ ſm qd̄ videt exteri'. ſ et q̄ credit ī me: nō credit in me ſolū: ſed etiā in patre. ſ veraci ⁊ ſpūali intellectu.

c **dixit: Qui credit in me: nōn cre**

ſ .ſ. patrem.

**dit in me: ſꝫ in eū q̄ miſit me. Et** c d

ſ ſpirituali viſione.

d **qui videt me: videt eū qui miſit**

ſ quis enim es tu.

e **me. †Ego lux in mundū veni: vt** e+

ſ q̄ nō in alia lumia. ſ in quib' inuēt' ē ſi mō fide: poſtea vera viſiōe illuſtretur.

**omnis q̄ credit ī me: in tenebris**

ſ exterius.

**nō maneat. Et ſi q̄s audierit ver** f

a ſ interius. b ſ cui pater dedit om̄e iudiciū.

**ba mea et nō cuſtodierit: egō nō** g h

ſ modo. ſ cur nō modo. ſ q2 prim' aduētus nō iudicij ſed miſericordie eſt.

**iudico eū. Nō eni veni vt iudicē** i+

ſ de iudicio vero nouiſſimo ſubdit.

**mundū: ſed vt ſaluificē mundū.** k

ſ non credit me eſſe deum.

**Qui ſpernit me ⁊ ñ accipit vba** l

ſ quis nam ille. ſ .i. ego.

f **mea: habet qui iudicet eū. Ser** m n

ſ extra hominibus.

**mo quē locut' ſum: ille iudicabit**

ſ ideo iudicabit: q2 ego filius ex patre.

**eū in nouiſſimo die. Quia ego** o

ſ non loquit ex ſe: q2 nō eſt ex ſe.

**ex meipſo nō ſum locutus: ſed q̄**

ſ ad hoc vt loquerer.

g **miſit me pat': ip̄e mihi mādatuꝫ** p

ſ intra. ſ extra.

**dedit: quid dicā ⁊ quid loquar.**

h **Et ſcio q2 mādatū ei' vita eter** q

a ſ .i. q̄ meip̄m verbū annūcio.

i **na eſt. Que ergo ego loquor: ſi** r

ſ .i. ſic verax me veritatem genuit: ſic veritas me veritatem annuncio.

**cut dixit mihi pater ſic loquor.**

---

a Jeſus aūt. Hic ɔñr coꝝ infidelitas argui' a xp̄o. Et diuidit in tres. q2 p̄mo inducit eos ad credēdū. ſcd̄o oñdit fidei fructū. ibi: Et lux. tertio īcredulitatis ſupliciū. ibi: Et ſi q̄s audierit. In p̄ma igit' pte dicit' ſic: Jeſus aūt clama. ad denotādū magnitudinē dicēdoꝝ ⁊ ſui affect' ad ſalutē hoīm. b Et dixit q̄ cre. ī me nō cre. in me. ſ. ſolū. aliter eēt ɔ̄dictio. idō ſequi': c Sed in eū q̄ miſit me. q2 vna eſt fides patris ⁊ filij: ⁊ vna viſio q̄ ſuccedit fidei. ideo ſeq̄tur: d Et q̄ videt me ⁊c. Pater eni ⁊ fili' ſūt vnū ī ſubſtātia. diſtinguunt' aūt in ꝓprietate relatiua. Hec aūt ē natura relatiuoꝝ: q2 cognito vno cognoſcit' ⁊ reliquū: cum ſint ſimul natura in intellectu. e Ego lux. Hic ponit' fi dei fructus. cū d2: Ego lux veni in mūdū: vt oīs q̄ credit ī me in tenebris nō maneat. ſ. ignorātie: culpe ⁊ gehēne. hic eſt fructus glorioſus talia euadere ⁊ bona cōtraria obtiere. f Et ſi q̄s audierit. Hic deſcribit' pena increduloꝝ. cū d2: Et ſi q̄s audierit vba mea. aure corpis: ſꝫ nō cordis. h Et nō cuſtodierit ea. manēs in infidelitate. h Ego nō iudico eū. ſ. in iſto p̄mo meo aduētu. cui' cā ſubdit': i Nō eī veni vt iudicē mūdū. in aduētu p̄mo: k Sed vt ſaluificē mūdū. ſuſtinēdo iudiciū cōdēnatiōis ⁊ mortē. l Qui ſpernit me ⁊ nō accipit verba mea. p fidē. † 3. 2. b. et. 9. a

m Habet qui iudicet eū. ⁊ oñdit q̄s ſit iſte iudex. q. d. n Sermo quē locut' ſū ⁊c. Sicut eni lex ciuilis d2 iudicare latronē in q̄ꝫtū oñdit eū dignū iudicio ⁊ ɔdēnatione. ſic facta xp̄i et ei' doctria iudicabūt īfideles: q2 oſtēdent eos dignos cōdēnatiōe: ſed q2 ipſemet xp̄s iudicabit effectiue in aduētu ſcd̄o. idō ſequi': o Quia ego ex meipſo non ſū locut'. ꝓpter hoc eni ſermo xp̄i oñdit infideles cōdemnabiles: q2 ꝓcedit ex infallibili vitate. ſ. a deo patre. idō ſ; ditur: p Ipſe mihi mādatū dedit: q̄d dicā ⁊c. q2 xp̄s ī q̄ꝫtū hō minor eſt patre. ⁊ ſic accipit ab eo mādatū. in cui' executiōe nō pōt deficere a regula volūtatis diuie: q2 hūanitas xp̄i tā q̄ꝫ inſtrumētū diuinitatis ɔiūctū in nullo moue' niſi ſm ipſi' motū. q Et ſcio q2 mādatum ei' vita eterna eſt. ſ. virtualiter in q̄ꝫtū obſeruatio mādatoꝝ dei deducit ad vitā eternā: ſm illud Mat. xix. Si vis ad vitam ingredi ſerua mādata. r Que ergo ego lo. ⁊c. Hoc cōcludit ad oſtendēdū q̄ hūanitas ſua nō poterit obliquari a regula diuine veritatis: vt patet per p̄dicta. Occaſiōe cuiuſdā dicti in hoc ca. queri': vtꝝ p̄ncipes iudeoꝝ credētes in xp̄m añ ei' paſſionē peccarēt mortaliter nō ɔfitēdo ſuā fidē. Et argui' p̄mo q̄ nō: q2 omittere illud qd̄ verti' ī ſcādalū ⁊ turbationē alioꝝ nō eſt pctm̄ mortale: ſꝫ mag' videtur meritoriū. q2 dic' Ap̄ls. j. ad Coꝝ. x. Sine offēſiōe eſtote iudeis ⁊ gētilib'. Cōfeſſio aūt ſue fidei fuiſſet ī ſcādalū ſeu turbationē alioꝝ. ḡ ⁊c. Itē aliq̄ de iſtis fuerūt valde boni ⁊ iuſti: vt nicodem' ⁊ ioſeph ab arimathia q̄ erāt diſcipuli chriſti occulti. ⁊ idō nō eſt veriſile q̄ tacuiſſet a ſue fidei cōfeſſione ſi fuiſſꝫ hoc peccatū mortale. Cōtrariū argui' per illō qd̄ d2 ad Ro. x. Corde eni credi' ad iuſticiam: ore aūt fit cōfeſſio ad ſalutē. ⁊ ſic vide' q̄ ɔfeſſio fidei ſit neceſſaria ad ſalutē. ſic ⁊ ipſa fides: ⁊ p ɔñs ei' omiſſio pctm̄ mortale eſt. Rñſio Aug'. diffiniēs pctm̄ mortale: dic' q̄ peccatū trāſgreſſio eſt legis diuine ⁊ celeſtiū inobediētia mādatoꝝ. ⁊ idō omiſſio ɔfeſſionis fidei nō eſt pctm̄ mortale niſi ī caſu in q̄ ɔfeſſio ei oppoſita cadit ſub p̄cepto diuio. ipſa aūt ɔfeſſio cū ſit act' virtut' nō cadit niſi ſub p̄cepto affirmatiuo. p̄ceptū aūt affirmatiuū licꝫ ñ obliget ad ſp obligat tñ ꝓ tpe ⁊ loco. videlicet qñ omiſſio act' q̄ cadit ſub p̄cepto ē cōtra charitatē dei vl' ꝓximi. ⁊ hoc modo omiſſio ɔfeſſiōis fidei ɔtra charitatem dei eſt qñ p hoc ſubtrahi' honor deo debit': vtpote qñ p hoc credi' q̄ talis fides nō ſit vera. Eſt etiā ɔtra charitatē ꝓximi: qñ p hoc ꝓximi ſalus impedi'. ⁊ hoc eſt quando per hoc q̄ aliq̄s maioris ſtat' fidē ſuā nō ɔfite'. alij ſimpliciores a fide vl' fidei ɔfeſſiōe tpe debito auertun'. ꝓpter vtrūq; iſtoꝝ p̄ncipes iudeoꝝ de q̄bus q̄ritur mortaliter peccabāt. primo cū eſſent legiſperiti ⁊ ſacerdotes ī ſcripturis exercitati: vt. ā. dictū eſt. p hoc q̄ ex timore fidē ſuā de xp̄o nō cōfitebant'. fides illa ab alijs nō vera ſed falſa reputaba'. p hoc etiā alij inferiores dictis ⁊ factis ſacerdotum inherētes a fide xp̄i auertebant': ⁊ ſic patet q̄ omiſſio ɔfeſſionis fidei in ipſis erat ɔtra charitatē dei ⁊ ꝓximi. Itē alia rōne peccabāt: q2 tenebāt' ex officio docere pplꝫ de his q̄ ſūt neceſſaria ad ſalutē: cuiuſmodi erat fides xp̄i: ⁊ idō taciturnitas illa nō pōt a pctō excuſari. Et hoc innuit euāgeliſta reddēs cām taciturnitatis ipſoꝝ dicēs: Dilexerūt eni magis gl'iam hominū q̄ꝫ gl'iaꝫ dei. Ad p̄mū dicendū q̄ ɔfeſſio fidei qñ eſt ad turbationē hoīm ⁊ ad nullā vtilitatem eſt omittenda. ſm qd̄ dicit dn̄s Mat. vij. Nolite ſctm̄ dare canib' ⁊c. Sed ſi ex ɔfeſſione fidei ſpera' aliq̄ vtilitas aut etiā aſſit neceſſitas: ſcādalū infideliū eſt ɔtemnendū. ſic dic' dn̄s Mat. xv. de ſcādalo phariſeoꝝ. Sinite illos. ſ. turbari: q2 ceci ſūt ⁊ duces cecoꝝ. Ad ſcd̄m dicēdū q̄ etiā ap̄li añ ɔfirmationē ſpūſſcti mortalit' peccauerūt. vt p3 de negatiōe petri. ⁊ idō nō eſt mirū ſi alij iferiores q̄ꝫtūcūq; iuſti ſimilit' peccauerunt: q2 nō erant confirmati.

Ante diē

Ante diem

**Morali.** a† Jeſus ãn ſex di. pa. Alcui Ca. XII
nus. Myſtice ꝙ ante ſex dies venit betha/
niam. ſignificat ꝙ ille qui ſex dieb⁹ oīa fecerat: ⁊ ſexto die ho/
minem creauerat ipſe ſexta mūdi etate ſexta feria. ſexta hora re/
dimere mundū venerat. f Maria ergo accepit libram vn/
guenti ⁊c. exponatur ſicut ſupra Mat. xxvj. ⁊ Mar. xiiij.
m† Cogitauerūt aūt pncipes ſacerdotū vt lazaꝝ interfice/
rent ⁊c. Aug⁹. O ceca ſeuicia: q̄ſi dñs ſuſcitare potuerit mor/
tuū ⁊ nō poſſit occiſū. ecce vtrūq; dñs fecit. nā lazarū mortuū
⁊ ſeipm̄ occiſū ſuſcitauit. n† In craſtinū aūt tur. mul. ⁊c. ex/
ponatur ſicut. s. Mat. xxi. ⁊ Mar. xj. Erāt gētiles q̄dā ⁊c. Seq̄/
tur: † Dñe volum⁹ ieſū videre ⁊c. Aug⁹. Ecce volūt eū iu/
dei occidere ⁊ gētiles videre: ſed ⁊ illi ex iudeis erāt q̄ clama/
bāt: Benedict⁹ q̄ venit in nomie dñi. ecce iſti ex circūciſiōe. ⁊ il/
li ex ꝑputio velut duo pietes de diuerſo vēiētes: ⁊ in vnā fidē
xp̄i pacis oſculo cōcurrentes. ideo ſequit: p† Venit hora
vt clarificet fili⁹ hoīs. clarificat⁹ eſt enī in eccleſia ex iudeis
et gentib⁹ collecta. Quod ſequit morale eſt vſq; ibi: q† Et
ego ſi exaltat⁹ fuero a ter. oīa trahā ad meipm̄ ⁊c. Nā amore
quo ꝓ nobis paſſus ē trahit nos ad ipm̄: ſicut magnes lapis
attrahit ad ſe ferrū. ⁊ ſic omnia trahit ad ſe. nā hō dicit omnis
creatura: Marc. vltimo. Predicate euāgeliū omni creature:
id eſt omni homini. ſicut fuit expoſitum ibi: b† Dixit er/
go eis ieſus: adhuc modicū lumē in vob eſt ⁊c. Moralit attri/
tus de peccatis modicū lumē habet. ꝓpter q̄d vſq; ad cōtritio/
nē ꝑfectā debet ꝓcedere ne cōprehendāt eū tenebre ꝑ recidi/
uum mortalis culpe. c† Dilexerūt enī magis glo. hoīm q̄3
gliam dei ⁊c. iſti hodie multos habēt ſeq̄ces. s. ꝓ mūdi glia ſe
⁊ ſua ꝓdigaliter exponētes: et parū aut nihil ꝓ ꝓmerēda dei
gloria facietes. Jeſus aūt clamauit ⁊c. Sequit: e† Ego lux
in mūdū veni ⁊c. ꝓpter q̄d accedēs ad eū ꝑ fidē ⁊ deuotionem
ab eo illuminat ad ſalutē. ab eo v̄o recedēs obtenebrat ad ge/
hennā. f† Nō veni vt iudicē mū. i. cōdemnē. ꝓpriū enī de/
lictū cōdemnat quēlibet peccatorem.

In ca. xij. vbi dicit in poſtilla: Sciendū etiā ꝙ iſta portatio
pecunie in via nō pertinet ad ꝑfectionē.

**Additio. j.** Non repugat ꝑfectioni habere ſeu por/
tare pecuniā: licet cōſiliū dñi de dimiſſio
ne bonoꝝ tpaliū ſit vtile ad vitā eternā facili⁹ cōſequēdā. Cu/
ius ratio eſt. Nā ſm̄ Thomā ſcd̄a ſcd̄e. q. clxxxv. arti. vj. in re/
ſpōſione ad pmū argumētū. Perfectio chriſtiane vite nō cōſi/
ſtit eſſentialit in pauptate volūtaria: ſed voluntaria pauptas
opat inſtrumētaliter ad ꝑfectionē vite. Vñ nō oportet ꝙ vbi ē
maior pauptas ibi ſit maior ꝑfectio: quinimo pōt eſſe ſumma ꝑ/
fectio cum magna opulētia. Nam abraam cui dictū eſt: Gen.
xvij. Ambula corā me ⁊ eſto ꝑfectus. legit q̄3 plurimū diues
fuiſſe. Si aūt ex hoc arguat inutile eſſe cōſiliū dñi de paupta/
te cū abraā diuitias poſſidēs fuit ꝑfectus. Ad hoc dicēdū ſm̄
Thomā in tractatu de ꝑfectiōe vite ſpualis: ꝙ idcirco cōſiliū
pauptatis dat: q2 paupes liberiores ſūt a ſollicitudie diuitia/
rum ⁊ ſecuriores ab illis vitijs que in acquirendis pecunijs
q̄nq; cōtingūt: q̄ ſunt impedimēta ꝑfectionis. Ex quo ſequit
ꝙ magna fuit virtus ſeu ꝑfectio abrae ⁊ dauid ⁊ ſimiliū q̄ eti/
am diuitias poſſidentes a diuitijs liberū animū habuerūt: ſic
magna fuit virtus Samſonis q̄ abſq; armis cū ſola mādibula
aſine multos ꝓſtrauit hoſtes. vt Judi. xv. ca. Nec ex hoc ſeq̄/
retur inutiliter dare ꝯſiliū militi vt ad bellū ꝓcedēs arma ſu/
meret ad hoſtes vincēdos. vincere enī ſine armis licet ſit poſ/
ſibile ⁊ valde virtuoſum: eſt tamē de raro cōtingentib⁹. ſimile
eſt de poſſidentib⁹ diuitias reſpectu ꝑfectionis vite. vñ Eccl.
xxxj. Cū dicit: Beatus eſt diues q̄ inuent⁹ eſt ſine macula ⁊c.
⁊ infra. Quis eſt hic ⁊ laudabim⁹ eū: fecit enī mirabilia ī vi/
ta ſua ⁊c. Mirabilia enī facit ſeu mirāda: nō aūt ipoſſibilia q̄
in diuitijs viuēs diuitijs affluētib⁹ cor nō apponit. Ex q̄b⁹ ad
ꝓpoſitū dici poſſet ꝙ xp̄s q̄ pauptatē voluntariā ſepe cōmē/
dauit: volēs docere apl̄os ꝙ etiā ſine tali pauptate ꝑfectio vi/
te poſſet acquiri. idcirco pecuniā in via portabat. Si aūt obij/
ciat de h̄ ꝙ Mat. x. d2 apl̄is q̄ in eccl̄ia ꝑfectiorē locū tenent.
Nolite poſſidere auꝝ nec argentū nec pecuniā in ꝯonis vr̄is.
Ad h̄ dicēdū ꝙ illa v̄ba dñi ad lr̄am Aug⁹. ī li. de ꝯſen. euā/
geliſtarū expōit vt intelligant nō p̄cipiēdo ſed magis ꝑmit/
tēdo: ꝑmittit enī eis vt abſq; auro ⁊ argēto ⁊ alijs ſūptib⁹ ad
p̄dicādū irēt: accepturi vite ſūpt⁹ ab his quib⁹ p̄dicabāt. vñ
ſubdit: Dign⁹ eſt opari⁹ cibo ſuo: ita tñ ꝙ ſi aliq̄s ꝓprijs ſū/
ptib⁹ p̄dicatiōe euāgelij vteret ad ſupererogationē ptinet. ſic
Paul⁹ de ſeipſo dicit. ij. Cor. xj. Chryſ. etiā alit expōit iſta
v̄ba vt itelligant illa dñm diſcipul' p̄cepiſſe q̄ntū ad illā miſ/
ſionē tm̄ q̄ mittebant ad p̄dicandū iudeis: vt ꝑ hoc excitare/
tur ad ꝯfidendū de virtute ipſius q̄ eis abſq; ſūptib⁹ ꝓuide/
ret: q̄d ꝯſonat cū h̄ q̄d d2 Luc. xxij. Qñ miſi vos ſine ſacculo
⁊ pera ⁊ calciamētis: nūq̄d aliq̄d defuit vobis? Vñ ex p̄dict'
v̄bis nō obligabant apl̄i nec ſucceſſores q̄ ꝓut dic glo. Lu.
x. Sūt ep̄i ad nō portādū ſeu habendū pecuniā tanq̄ ad illa
q̄ repugnāt ꝑfectioni. vñ. ꝓut dicit ſctūs Tho. vbi. s. in rñſi/
one. ij. arti. Stltū āt videt dicere ꝙ tot ſcti pōtifices ſic Ana/
ſtaſi⁹: Ambro. Aug⁹. illa p̄cepta trāſgreſſi fuiſſēt ſi ad illa ſer/
uāda ſe crederēt obligari. Illō aūt capſm: Exijt q̄ ſemiat ⁊c.
ꝑ poſtillatorē allegatū facit ad p̄dicta. pmo q2 pluries ibi di/
dicit pauptatē eſſe viā ꝑfectiōis vl' ad ꝑfectionē. ⁊ ꝑ ꝯñs nō
eſt ꝑfectior. ſcd̄o q2 h̄ q̄d dicit ꝙ xp̄s ꝯdeſcēdēs infirmis pe/
cuniā portabat: ſicut ⁊ in fuga ⁊c. Intelligendū eſt ꝙ ſi apl̄i
adhuc infirmi vel etiā alij crederēt ſūmā pauptatē eſſe neceſ/
ſariā ad ſalutē: forte retrocederēt: ſicut de illo adoleſcēte legi/
tur Mat. xix. ⁊ ideo talib⁹ cōdeſcēdēs apl̄os docebat exēplo
ꝙ etiā ſine tali paupertate poſſet q̄s acquirere ꝑfectionem. et
ſimiliter poſſet dici de fuga.

In eo. ca. vbi dicit in poſtil.
Dicendū ꝙ hoc erat q2 lazar⁹ erat nobilis hō.

**Additio. ij.** Miraculum lazari inter cetera mira/
cula chriſti maius fuit. ⁊ ideo notabi/
lius. Unde ſupra eodem ca. dicitur ꝙ turba multa venerunt
vt lazarum viderent quem ſuſcitauit a mortuis: quod non ſic
legitur de alijs miraculis.

**Replica.** In ca. xij. vbi inquirit poſtil. quare con/
tra lazarum mouebantur iudei vt cogi/
tarent eū interficere. Reſpondet: quia fuit vir nobilis ⁊ famo/
ſus. ideo eius reſuſcitatio fuit famoſior et infidelib⁹ plus odi/
oſa. Burgen. opponit ꝙ illud non fuit propter nobilitatē la/
zari: ſed propter nobilitatē miraculi: quia fuit maximū mira/
culum chriſti: ſed nō video quare fuit mai⁹ miraculū q̄3 ſuſci/
tatio filij vidue ⁊ filij archiſynagogi.

**Glo. ordi.**

G a Ante diē fe Ca. XIII
ſtū. Diē feſtū dicit qui/
decimū diē. s. diē paſſio/
nis: q2 p⁹ imolationē agni q̄
tūc fiebat ī die iouis: faciebāt
iudei magnū feſtū: q̄d h̄ paſcha
vocat. Paſcha apud grecos
equocū ē. Dicit enī ⁊ a paſchim. i. a paſſiōe ⁊ a trāſitu
q̄d hebrei phaſe dicūt. Dies aūt. xiiij. poſt eq̄noctiū v̄/
nale ī q̄ imolabat agn⁹ ad veſpam: ꝓprie paſcha a trā/
ſitu dicebat. Dies v̄o ſolēnitatis ſequētes: q̄ꝝ pm⁹ et
vltim⁹ maiori cultu habebāt. dies azymoꝝ ꝓp̄e voca/
bant. Vocat tñ ⁊ dies imolatiōis azyma: ⁊ q̄ntadeci/
ma paſcha. In hac ſignificatōe dic iohes: Añ diē feſtū
pa. vocādo diē ſolēnē paſcha. Greci v̄o diē q̄ imolat
agn⁹. dicūt ſolūmō vocari paſcha. ⁊ illa die dicūt xp̄m
crucifixū fuiſſe ad meridiē: ⁊ dicūt eū anticipaſſe vnū
diē añ: vt cū diſcipulis agnū comederet. ⁊ h̄ ꝯfirmādū
et hec v̄ba ſequētia ꝯducūt. i. noluerēt itrare in preto/
riū. s. pilati domum: ne contaminarentur vt comede/
rēt paſcha intelligētes paſcha eiuz agni tm̄. Hec eru/
q̄ deſcūt

Ca. XIII

ſ figuralem.
a Ante diē feſtū paſche ſcieſ a† b
a ſ. i. ipſe dies paſche quo tranſiret per crucē. ecce v̄itas illi⁹ figure.
ieſus q2 venit hōra eius c

**Nico. de lyra.**

a Ante diē feſ. paſ. In pte p̄/ Ca. XIII
cedēti euāgeliſta deſcripſit occaſionem A
mortis xp̄i. hic incipit deſcribere mortē
ei⁹. Et diuidit in duas: q2 pmo deſcribit q̄liter
xp̄s imminēte morte ſua aīos diſcipl'oꝝ ꝯforta/
uit. ſcd̄o mortē xp̄i deſcribit. ca. xviij. ibi: Hec cū
dixiſſet ie. Pria in tres: q2 pmo oñdit q̄lit xp̄s
ꝯfortauit diſcipl'os exēplis. ſcd̄o v̄bis ca. ſe. Et ait diſcipl'is ſuis: Nō
ꝯtur. cor. vc. tertio orōnū ſuffragijs ca. xvij. Hec locut⁹. Prima in du/
as: q2 pmo pōit imitabile xp̄i exēplū. ſcd̄o defect⁹ diſcipuloꝝ ad imi/
tandū. ibi: Hec cū dixiſ. ie. Pria ī tres. q2 prio factū deſcribit. ſcd̄o ei⁹
vtilitas oñdit. ibi: Vcit q̄ ad ſi. tr̄io feci imitatio diſcipl'is idicit. ibi:
Poſtq̄3 q̄. Pria ī duas: q2 prio pmittit affect⁹ xp̄i ad diſcipl'os. ſcd̄o ꝑ
factū iſtruit ipos. ibi: Et cena facta. Circa pmū ſciēdū ꝙ affectus xp̄i
ad diſcipl'os pmittit vt ei⁹ factū magis gratū oſtēdat: ⁊ diſcipuli ei⁹
libēti⁹ imitēt. dic q̄ ſic: Añ diē feſ. s. xiiij. luna in cui⁹ veſpa imolabat
agn⁹: ⁊ icipiebat ſolēnitas paſcal' q̄ celebrabat lūa. xv. ⁊ ſ3 hūc modū
in eccl̄ia ſolēnitates īcipiūt a veſpa p̄cedētis diei. b Sciēs ieſus.
Ex q̄ pz ꝙ nō ignorās nec iuolūtari⁹ vēit ad paſſionē: ſed volūtarie
obediēs deo pr̄i. c Quia ve. ho. ei⁹. ñ fatal': ſ3 a deo pr̄e determia/
ta. ⁊ h̄ ꝯueniēt. vt imolatio agni q̄ tollit pctā mūdi imediate p⁹ imola/
tiōē agni figuralis ſeq̄ret. ⁊ ſic v̄itas figure r̄nderet. Vt trā

N Deſcũt dicere alios euãgeliſtas mẽtitos ꝙ di
cũt dñm cõiter cũ alijs carnes agni comediſ
ſe.Hũc iohãnẽ xᷓo illos correxiſſe dicũt. Sꝫ
errãt:qꝛ cũ oẽſ eodẽ ſpũ locutos fuiſſe ↄſtet:
ſi in vno mẽtirenꝭ:in alijs eis nõ crederetur.

a Ut trãſe. Interꝑ
taꝭ nobis euãgeliſta
nomẽ paſce.i. trãſituſ
ꝛ ſignificationẽ: qꝛ ſicꝭ
illi de egypto:ſic chri
ſtus de mũdo. Sic et
nos ſanguine agni in
ſigniti.de vitijs ad vir
tutes:de mũdo ad ce
lũ. b In fine di. In
finẽ.i.in xp̄m:ꝗ eſt fi
nis cõſũmãs.i.vt eiuſ
dilectiõe trãſeãt ꝗ ipe
trãſit. Ul'in fine.i.in
mortẽ:nõ ꝙ morte ter
mineꝭ ei⁹ dilectio:ſed
intãtũ dilexit ꝙ vſqꝫ
ad mortẽ dilectio eum
ꝑduxit:in ꝗ exẽplũ de
dit vt oẽs in dei veri
tate ꝑmaneãt vſqꝫ i fi
nẽ. c Et cena ſa. Ce
na ſignificat paſſiõeꝫ.
Sicꝭ ei p⁹ cenã ñ fit prã
diũ ſic et xp̄s poſtqꝫ
ſemel paſſus ẽ nõ iterꝝ
patiꝭ. Surgit a cena:
poſt paſſionẽ põit ve
ſtimẽta:ſm priorẽ in
firmitatẽ lĩtheo ꝑcin
xit ſe:eadẽ carne iã i
mortali.aquã in peluĩ
.i.grãm baptiſmi: la
uat pedes: ꝛ tergit a
pctis. i baptiſmo acce
pit veſtimẽta.i.iudeos
in fine ſeculi ꝗs prius
excecatos depoſuit.
d Surgit a ce. Ab
illa celeſti refectiõe ꝗ
cũ angelis reficiebaꝭ.
deponit veſtimẽta per
gl'iam eterne beatitu
dinis. e Et ponit
veſtimẽta. Pretermi
ſit altitudinẽ:ſuppoſi
turus ei⁹ humilitatẽ:
vt ꝑfecte cõmẽdeꝭ hu
militas homĩ: cũ tam
alt⁹ ſit ſe hũiliauerit:
vt ꝛ pedes traditoris
lauaret. f Deinde
mi. Sãguĩeꝫ i terrã fu
dit:vt veſtigia credẽ
tiũ mũdaret: ꝗ terre
nis peccatis erãt ſor
dida. g Dicit ei p.
Pro altitudine ꝑmiſ
ſi myſterij nõdũ ꝑmit
tit fieri:nõdũ ꝑt ſuſtinere deũ ad pedes hũi
liari:pauore ꝑterrit⁹. h Rñdit. Qui non
lauaꝭ ꝑ baptiſmũ ꝛ ↄfeſſionẽ pnĩe:nõ hꝫ ptẽ
cũ ieſu. i Dicit ei ſimõ pe. Error petri hic
nobis ꝓfuit. Errauit eni ne nos erraremus.
Errauit:cũ ſe totũ lauãdum deo obtulit quẽ
de⁹ correxit:oſtẽdẽs ſemel baptiçatũ nõ eſſe
baptiçandũ. k Qui lot⁹ eſt. Ex his ver
bis ĩtelligim⁹ baptiçatos apl'os:ꝛ ſi nõ legi
gim⁹ vbi vl' qñ. Qui lot⁹ ẽ ꝛc̃. Baptiſmo
lot⁹ eſt mund⁹. Sed qꝛ iterũ puluere terrene
habitatiõis inquinaꝭ:iterꝝ op⁹ eſt pedes la
uare:quos lauat dñs interpellãs ꝓ nob̃: et
noſipſi orãdo. Ille etiã ꝗ in ocio ſtudet veri

tati dũ in

† De pe. di.2 c.ſi eni. aũ mediũ. De conſe. di.4 c. quãdo.2

¶ quo tranſit ppl's de egypto.
a vt trãſeat ex h̃ mũdo ad pꝛẽꝫ:cũ a b
a ¶ ꝓ eis factus homo.
dilexiſſet ſuõs:qui erãt in mun
¶ ꝓ eis moriẽs. ¶ vt ei⁹ dilectiõe ipi trãſirẽt õ mũdo. a ¶ parata nõdũ trãſacta:qꝛ poſtea re cubuit ꝛ buccellã iude dedit.
b c do i finẽ dilexit eoſ.† Et cenã fa c† d†
¶ ſpũali ſuggeſtione iude.
cta cũ diabolus iã miſiſſet i cor: e
¶ hoc cõſentiẽtis iniqtas ẽ. ¶ nõ credẽſ eẽ deũ.
vt traderet eum iudas ſimonis
a ¶ in vſũ mala:in effectũ bona. ¶ etiã traditore quo vtitur vt vult: ꝛ de malo bonũ facit.
ſcariothis:† ſciẽs qꝛ omnia de f
a ¶ ſciens non eũ deſereus.
dit ei pater i man⁹: ꝛ quia a deo g
a ¶ nõ nos relinquẽs. b ¶ ſignificat ꝙ de celeſtibus deſcẽdit: ꝛ ꝙ ſeipm exinaniuit: ꝛ ꝙ formã ſerui induit.
d exiuit: ꝛ ad deũm vadit: ſurgit h
e a cena ꝛ ponit veſtimenta ſua: i
a ¶ carnẽ mũdã. ¶ humilitate.
et cũ accepiſſet lintheũ ꝑcinxit k
f ſe. Deinde miſit aquã i peluim: l m
¶ veſtigia euãgeliſtarũ firmat ꝛ purgat.
ꝛ cepit lauare pedeſ diſcipulorꝝ:
¶ qꝛ tota eius paſſio noſtra eſt purgatio.
¶ corporis.
ꝛ extergere litheo quo erat ꝑcin n
¶ nõ poſt alios ſꝫ prius ad principẽ apl'orꝝ.iõ ex pauefcit ¶ ꝙ deus lauet pedes homini.
cxuſ. Uẽit ergo ad ſimonẽ petꝝ. o†
¶ deus. ¶ ſeruo.
g Et dicit ei petrus: Dñe tu mihi p†
h lauas pedeſ: Reſpondit ieſus ꝛ q
¶ myſteriũ huius rei.
dixit ei: Quõ ego facio tu neſcis †
modo:ſcies aũt poſtea. Dicit ei r s
petrus: Nõ lauabiſ mihi pedes
¶ .i.nunqꝫ. ¶ terrens de periculo ſalutis.
i eternũ. Reſpondit ei ieſus. Si t †
¶ te dicit ꝓ ſolis pedibus.
non lauero te nõ habebis ꝑtem
i mecũ. Dicit ei ſimõ petr⁹: Domi v
¶ territ⁹ hac rñſiõe:totũ ſe offert abluendũ turbat⁹ amore ꝛ timore. ¶ affectionis. ¶ opa.
ne nõ tm̃ pedeſ meos:ſꝫ ꝛ man⁹
¶ cogitatiões.
k ꝛ caput. Dicꝭ ei ihs:† Qui lot⁹ ẽ: x

a Ut trãſeat ex h̃ mũdo ad pa. Dicebaꝭ eĩ paſca iudeorꝝ trãſit⁹: eo ꝙ tũc angel⁹ trãſijt ꝑ egyptũ ĩterficiẽs ꝑmogẽita egyptiorꝝ ꝛ filios iſrl' ſeruãs. Et ſimiliꝭ paſca chriſtianorꝝ dꝛ trãſit⁹ inqꝫtũ fili⁹ dei ꝑ mortẽ trãſijt ad patrẽ.nõ ꝑ loci mutationẽ:ſꝫ ſicut dꝛ a patre veniſſe aſſumẽdo nr̃am naturã mortalẽ .ita dꝛ ad patrẽ rediſſe faciẽdo ipã ↄſortẽ paẗne gl'ie ꝑ ĩmortalitatẽ i ſua reſurrectione. b Cũ dile.ſu.in quo oſtẽdiꝭ ei⁹ dilectio gratuita.qꝛ prior dilexit ſuos.oſtẽdiꝭ diſcreta:qꝛ iſta dilectio ſpecial' nõ fuit ad oẽs:ſꝫ ad ſibi familiares: cuiuſmodi erãt apl'i ꝗ erãt in mũdo.oñdiꝭ hec dilectio neceſſaria:qꝛ apl'i remanẽtes in ꝑiculo mũdi indigebãt cõſolatiõe diuina. c In fi.dile.eos.i.in morte ſpecialia ſigna dilectiõis oſtẽdit. vl' aliter: In finẽ.i.ꝑfecte aĩam ſuã ꝓ eis ponẽdo. d Et cena facta. Hic deſcribiꝭ imitabile factũ.ſ.lotio pedũ diſcipulorꝝ ſuorũ. vbi ꝑmittiꝭ tp̄s ꝛ mod⁹ hui⁹ lotiõis.cũ dꝛ: Et cena facta. Nõ ẽ intelligẽdũ ꝙ eſſet totaliꝭ cõpleta.qꝛ poſtea dꝛ: Et cũ recubuiſſet.ſed erat facta qꝫtũ ad h̃ ꝙ comederãt agnũ paſcalem. ꝛ tũc ſurrexit ad lauandum pedes diſcipulorꝝ ſuorꝝ anteqꝫ daret eis ſui corpis ſacramentũ:ad deſignãdũ ꝙ ſpũalis mũdicia requiriꝭ ad ꝑcipiẽdũ ipm. e Cũ dia.iã miſiſ.i cor.vt traderet eũ iudas ſimõis ſcariothis. Hic eni ꝑcedẽti eũ vẽdiderat ſuggeſtiõe diaboli hãc ꝓditionẽ in cor ipſi⁹ mittẽtis. f Sciẽs qꝛ oĩa de.ei pr̃ in ma.ei⁹.ex ꝗ pꝫ i xp̄o plẽitudo ſciẽtie ꝛ ptãtis. g Et qꝛ a deo exi. ꝛ ad deum vadit.h̃ eſt iã.ſ.expoſitũ qliter dꝛ fili⁹ a deo exiſſe ꝛ ad deũ redire. h Surgit a ce.qꝛ miniſtrare volebat. i Et ponit ve.ſ.i.depõit vt ↄuenienti⁹ h̃ miniſteriũ exhiberet. k Et cũ acce.li.ꝑ.ſe. ꝛ ſic ad lauãdũ ſe optiẽ diſpõit.nihil omittẽs de his ꝗ ad iſtõ officiũ requiruntꝭ: ꝛ ſequiꝭ ſimplex hũilitatiſ miſteriũ.cũ dꝛ: l Deinde mi.aquã i pel. ꝓprijs manib⁹: nõ per miniſteriũ aliorꝝ. m Et ce.la.pe.diſ.lutoſos:quia diſcalciati incedebãt. n Et extergere lin.ꝗ erat ꝑcinctus:vt ipleret humilitatis officiũ. o Uenit ergo. Hic oſtendiꝭ hui⁹ facti vtilitas. ꝛ oſtẽdiꝭ h̃ ex quadã cõcertatiõe petri ꝛ xp̄i:ꝑ qđ oſtendiꝭ factũ eẽ myſticũ.dicit ergo: Uẽit ꝗ ad ſimonẽ petrũ: ſm Origenẽ lotis alijs diſciplis vẽit vltio ad petrũ:qꝛ cepit lauare a minorib⁹.ex h̃ ſumẽs argumẽtũ ꝗ dꝛ: Cepit lauare pedes diſcipulorꝝ ſuorꝝ. Et poſtea ſubdit: Uenit ꝗ ad ſimonẽ.ꝑ hoc oſtedẽs ꝙ alij iã erãt loti. Sed nõ videꝭ veriſile ſi trãſiſſet ꝑ oẽs alios qn alijs eorꝝ vl' ꝑles recuſaſſent hãc lotionẽ.ſicut ꝛ petr⁹. Et iõ alij doctores dicũt ꝙ ꝑmo vẽit ad petrũ.ꝓpter qđ alij diſcipuli audita rephẽſione petri de h̃ ꝙ recuſauerat eiuſmodi lotionẽ nõ fuerũt auſi eã vltra recuſare. Qꝛ ꝗ dicit euangeliſta: Cepit lauare. ꝛ poſtea ſubdit: Uẽit ꝗ ad ſimonẽ.nõ eſt ꝑ h̃ ĩtelligẽdũ ꝙ alios lauerit añ ipm:ſꝫ euãgeliſta pri⁹ dixit factũ in generali.poſtea explicat modũ in ꝑticulari incipiẽs a petro. p Et dicꝭ ei pe. Domine tu mi.la.pedes.i.vis lauare mihi pctõri: tu ꝗ es fili⁹ dei.q.d. nullo mõ decet.ſicꝭ xᷓbũ dixit in ꝑncipio ſue ↄuerſiõis: Lu.v. Exi a me dñe qꝛ hõ pctõr ego ſũ. q Rñdit ie. ꝛ di.ei:qđ ego facio tu ne.mõ.q.d. nõ ſolũ h̃ facio ꝓpꝭ pedũ corporaliũ emũdationẽ:ſꝫ ꝓpꝭ humilitatis eruditionẽ: vt poſtea expoſuit.iõ ſubdit: r Scies aũt poſtea.ꝑ h̃ aũt deſignauit mũdiciã pedũ ſpũaliũ ꝗ ſũt affect⁹ mẽtꝭ ꝗ reqriꝭ in eucharistie ꝑceptiõe. s Dicꝭ ei pe.nõ la.mi.pe.in eter.i.nũqꝫ lauab̃.ac ſi diceret:ego nll'o mõ ſuſtinerẽ.licet aũt petr⁹ faceret h̃ bono çelo:tñ ĩdiſcrete h̃ faciebat:qꝛ cũ xp̄s nõ poſſet errare nõ debebat volũtati ei⁹ aliq mõ reſiſtere.iõ ſeqꝭ: t Rñdit ei ieſus: Si nõ la.ꝛc̃. Si h̃ ĩtelligiꝭ de lotiõe ĩterior⁹ macule:lr̃a ẽ plana:qꝛ null⁹ ꝑt hr̃e ptẽ cũ xp̄o in gl'ia celeſti niſi lot⁹ fuerit a macula pcti:ſm qđ ſcribiꝭ Apoc.xxi. Nihil coinqnatũ itrabit in illã. Si aũt ĩtelligaꝭ de lotiõe corpali pedũ ipſi⁹ petri.eodẽ mõ ẽ dicẽdũ. Sicꝭ eni aliqd eſt illicitũ nõ ex natura ſua:ſꝫ tm̃ qꝛ ꝓhibitũ: vt pꝫ de eſu ligni vetiti ꝑmi parẽtis.ita ſilr aliqd eſt neceſſariũ ad ſalutẽ nõ ex natura ſui: ſꝫ ꝓpter ꝑceptũ dei vl' plati. ꝛ ſic erat in ꝓpoſito. Ex ꝗ eni xp̄s volebat ſimpliciꝭ h̃ facere.petrus de neceſſitate ſalutis tenebaꝭ ſuſtinere. v Dicit ei ſimõ petrus: dñe nõ tm̃ pedes meos ſꝫ ẽt man⁹ ꝛ caput. Pedes ſũt ps corpis ĩferior. man⁹ media.caput ſuperior. ꝛ iõ ꝑ expſſionẽ iſtarꝝ ptiũ ĩtelligiꝭ totũ corp⁹. Eſt igiꝭ ſenſus: Dñe nõ tm̃ ꝛc̃.q.d.pri⁹ ſuſtinerẽ a te ꝑ totũ corp⁹ lauari qꝫ a te ſeparari:qꝛ qꝫuis eſſet durũ petro ſuſtinere ſuitiũ mgr̃i:tñ grani⁹ erat ei ab ipo ſeparari.vñ dꝛ in itinerario Clemẽtꝭ: ꝙ qñcũqꝫ petr⁹ memor erat dulciſſime ſocietatꝭ xp̄i reſoluebaꝭ i lachrymas:ita ꝙ facies ei⁹ aduſta videbaꝭ ex frequenti lachrymarꝝ fluxu. x Dicꝭ ei ie.ꝗ lot⁹ ẽ ꝑ baptiſmũ:ex ꝗ accipiꝭ ꝙ apoſtoli

fuerũt a

† Luce.22.a

† Mat.11.d Luce.10.d 6.6.d

tati: dū ī aliꝗs pulſanti ſponſo apire ꝑgit: pedes inqnat: q: veritas humilit audit: ſ ſine periculo non pōt ꝑdicari: ſ hos pedes dñs diſcipulis lauat. a ·Et cuȝ re. Sicut pri⁹ exēplo: ſic etiā nūc ỽbo īſtruit eos magiſter veritatis. Et ꝙ dic̄ magna de ſe nō ē arrogātia: ſ ỽitas q̄ ꝓdeſt auditorib⁹: ſicut facit et paul⁹. Grego. Incauti ſūt humiles qui ſe mēdacio illaqāt: dū arrogātiam vitāt: q: ꝯ ỽitatez ſe erigunt quā relinquūt. Qui enī neceſſitate cogēte vera de ſe ⁊ bona loq̄tur: tāto mag̃ humilitati iūgit quāto ỽitati ſociat. b ·Nō de oibus. Nō oēs facietis ſ vn̄ beati ſitis. ſȝ q̄ mādūcat m.p. nō vt ꝑficiat ſȝ vt lateat: leuabit ꝯ me calcaneū ſuū. i. me calcabit: vt impleatur ſcptura q̄ ſ ꝑ dixit: nō q̄ cogat ſ q: q̄ futuꝝ erat nō tacuit. c ·Ego ſcio q̄s. Ad ſ vt ſequaces mei ſint beati. Elegit aūt ⁊ iudam nō ad ſ: ſ ad illō q̄ de eo factū ē ſcȝ ad ſalutē aliorū. Un̄ alibi: Elegi vos duodecim: ſȝ vn⁹ diabol⁹ eſt. ſ.6.g d· Ammodo dico vo. Quaſi hucuſq̄ toleraui ⁊ tacui ſ iā noto ꝓditorē añq̄ fiat q̄ mox faciēdū ē: vt cū factū fuerit credat̃: q: ego ſū ille de q̄ ſcptura illa predixit. e ·Amē amē di. Poſtq̄ exēplo ſuo eos docuit humiliationē ⁊ calcanei paſſionem: ſupponit q̄ ꝯſolet eos honorē ꝙ ipe ⁊ pr̄ in eis recipitur. f ·Qui acci. In iſtis ỽbis nō vnitas nature miſſi ⁊ mittētis: ſ ī miſſo mittēt̃ auc̄tas cōmendatur. Quiſq̄s ḡ ſic miſſū accipiat vt ī eo mittētē attēdat: vt ī petro xp̄m. ſ. in ſuo dñm. ī xp̄o patrē. ſ. in vnigenito genitorem. g ·Cum hec di. Nra infirmitas ī eo vere turbata ē. nō ſua ptās. ſicut et vere paſſa. Volūtarie aūt accepit turbationē: ne deſperet ſeru⁹ turbat⁹ neceſſitate. Qȝ aūt turbat̃ ſpū. ſignificat turbandos ſpūales ex charitate: cū vrgēs cauſa ⁊ ҫiҫania a tritico añ meſſem cogit̃ ſepare. h ·Turbat⁹ ē. Dictur⁹ vn⁹ ex vobis tradet me: turbat̃ nō carne ſ ſpū: nō ꝙ tūc ꝑmuȝ ſubito hoc nouerit ⁊ repētinū malū eū turbauerit: ſ q: iā fuerat eū ⁊ vt non lateret exp̄ſſur⁹. ⁊

Ille iam

non indiget niſi vt pedes lauet: a
a ſ ꝓter pedes quibus tangit̃ terram.
ſ ē mūd⁹ tōt⁹. Et vos mūdi eſt̃:
ſ quare hoc dixit: exponit euangeliſta.
ſȝ nō oēs. Sciebat enī quiſnā eēt
q̄ traderet euȝ. Propterea dixit:
ſ impleta purgatione ꝑ ſanguinē.
nō eſt̃ mūdi oēs. Poſtq̄ ḡ lauit b+
ſ ſurgens imortalis factus eſt.
pedes eoꝝ accepit veſtimēta ſua. c
a ſ ad dexterā patris ſedens. b ſ ꝑ ſpiritū miſſū in linguis docet.
a Et cū recubuiſſet iterū dixit eis: d e
ſ inuitat ad ſciendū q̄ prius neſciebant.
Scitis q̄d fecerim vobis:† Vos f
vocatis me magiſter ⁊ dñe: et bñ
ſ q: verum eſt. ſ dimiſi.
dicitis: ſum eteni. Si ergo ego la g
peccata veſtra. ſ q: deus. ſ q: veritas.
ui pedes vr̄os dñs et magiſter: ⁊ h
a ſ alter alteri pctā dimittere ⁊ ꝓ inuicē orare.
vos debetis alter̃ alterius laua
re pedes. Exēplū enī dedi vobis: i+
vt queādmoduȝ ego feci vobis:
ſ ſicut ego patior ⁊ vos patiamini: ſicut me humilio: ita vos humiliamini. a ſ manu vl̄ corde.
ita ⁊ vos faciātis.† Amē amē di k+
ſ ⁊ debetis facere quod ego: quia
co vobis: nō ē ſeruus maior dño
ſuo: neq̄ apoſtol⁹ maior eſt eo q̄
ſ que feci ⁊ docco.
miſit illū. Si hec ſcitis: beati eri l
ſ non oēs vos beatos dico.
b tis ſi feceritis ea. Nō de oib⁹ vo m
c bis dico. Ego ſcio q̄s elegerim. n o
Sȝ vt adimpleat̃ ſcriptura† Qui p† q†
mādūcat mecū paneȝ: leuabit cō
d tra me calcaneū ſuum. Ammō di r
co vobis ꝑuſq̄ fiat: vt cū factum
e fuerit credatis q: ego ſum.† Amē s
f amē dico vobis: q̄ accipit ſi quē
miſero: me accipit. Qui āt me ac t
g cipit: accipit eū q̄ miſit me. Cū h v
ſ humano.
h dixiſſet ieſus turbat⁹ ē ſpū: ⁊ ꝓte x†

fuerūt a xp̄o baptiҫati: vt. ſ. dictū ē ca. iij. a ·Nō indiget niſi vt pedes lauet: ſȝ ē mundus tot⁹. Si enī aliq̄s baptiҫat⁹ ſtatim moriat̃ euolat ad patriā: nec indiget aliq̄ alia lotione. tñ ſi ſupuiuat: etiā ſācte: indiget lotiōe pedū ſpūaliū. i. affectionū mētis: q: ex cōditione mortalis vite affect⁹ ei⁹ aliqñ aliq̄s maculas ꝯtrahit ex temporalib⁹: ſȝ nō indiget lauare caput. i. ꝑtē ꝯtēplatiuā q̄ intēdit ſupiorib⁹ ⁊ eternis. nec man⁹. i. vite actiue opa q̄ ī eo ſūt ſācta. Talis aūt erat petr⁹ ⁊ etiā aliꝗ apl̄i excepto iuda ꝓditore. ꝓpt̃ q̄ ſequit̃: Et vos mūdi eſtis ſȝ nō oēs. b ·Poſtq̄ ḡ lauit. Oſtenſa facti vtilitatē ī ꝑdicta lotiōe. hic inducit diſcipulos ad imitādū in ope. Et diuidit̃ ī duas. q: ꝑmo ꝓpoſitū declarat. ſcd̄o ꝯfirmat. ibi: Exemplū enī dedi. Dicit igit̃: Poſtq̄ ergo lauit pedes eoꝝ. In hoc oſtendit ꝯuenietē modū docēdi. in moralib⁹ enī magis mouēt facta q̄ ỽba: vt pōt haberi ex. x. Ethicoꝝ. ⁊ ido xp̄s doctrine de humilitate ꝑmiſit humilitatis factū. c ·Accepit veſti. ſua. Sicut enī adminiſtrādū cōgrue debēt veſtimenta deponi. ita ad docendū honeſte debēt aſſumi: ꝓpter q̄ magiſtri ſolēt legēre in habitu ad ſ diſpoſito ordinato ſm̄ diſpoſitionem facultis ſue. d ·Et cuȝ recubuiſſet iteꝝ. q: ſedendo debet doctor docere. doctrina enī non capit̃ niſi in quiete. ꝓpter q̄ dr̄. vij. phyſicoꝝ. Sedēdo ⁊ quieſcēdo fit aīa ſciens et prudens: ſequit̃ doctrina. e ·Dixit eis ſcitis q̄d fecerim vobis. q. d. vos debetis hoc ſcire. et in hoc reddit eos attentos. f ·Vos vocatis me magiſter ⁊ dñe ⁊ bñ dicitis: ſum eteni. Aliq̄d enī dicit̃ bñ dictuȝ qñ congruit dicenti ⁊ rei dicte. Cōgruit aūt rei dicte quādo ſic eſt ī re ſicut dicitur. Congruit aūt dicenti quādo dicens taleȝ ſe oſtēdit. facto qualem verbo. vtroq̄ modo apoſtoli bene dicebāt: quia ſic erat in re ex parte xp̄i qui ſuperior erat. ſimiliter ⁊ ex parte aploꝝ qui facto ſe ei ſubiiciebāt ſicut ⁊ ỽbo: ꝓpt̃ q̄ ꝯtra diſcipulos ſolo verbo dicit̃ Matth. vij. Multi dicent mihi in illa die: Dñe domie nōne in noīe tuo ꝓpheta uimus ⁊c̄. et tunc ꝯfitebor illis: q: nūq̄ noui vos ⁊c̄. Ex ꝑdictis cōcludit ſaluator intētuȝ dicēs: g ·Si ergo ego laui pedes ⁊c̄. multo fortius h ·Et vos debet̃ alter alterius lauare pedes. ꝑ hoc intelligit̃ quodlibet pietat̃ et humanitatis officiū ꝓximo impenſū. ad q̄ impendendū quilibet tenet̃ in caſu neceſſitatis. extra aūt talem caſū tenetur debito honeſtatis ⁊ cōgruitat̃. i ·Exemplū. Hic ꝯfirmat cōcluſionē ꝑdictā. ⁊ hoc q̄druplicit̃. Pmo exēplo ſui dicēs: Exemplū enī dedi vobis ⁊c̄. q. d. ad hoc feci vt oſtenderē vos ad hoc teneri. Scd̄o ꝯfirmat per ſuā auctoritatē dicēs: k ·Amē amen dico ⁊c̄. neq̄ apl̄s. i. miſſus. q: apl̄i fuerūt miſſi a xp̄o ad ꝑdicādū: q̄b⁹ miſſis tenebant̃ populi credere. multo forti⁹ apl̄i tenebāt̃ auctoritati xp̄i obedire. Tertio ꝯfirmat eā ſequēti ꝑmio cū dicit: l ·Si hec ſcitis beati ⁊c̄. Beatitudo aūt eſt maximū deſiderabile: cum ſit ſtatus oim̄ bonoꝝ aggregatiōe ꝑfectus. m ·Non de oibus vobis dico. ſcȝ ꝙ de beatis eſſe beati. q: ꝑuidebat dānationē iude futurā. ꝓpter quod ſubdit̃: n ·Ego ſcio. i. clare cognoſco. o ·Quos elegerim. ſ. ad vitam eternā. Iudas autē non fuit electus ad ipam. ſ tñ ad apoſtolatum: vt. ſ. dictū eſt ca. vj. p ·Sed vt adimpleatur ſcriptura. ex malicia ⁊ dānatione vnius veſtrū. q ·Qui mādūcat mecū panē leuabit calcaneū ſuuȝ ꝯtra me. i. conabit̃ me ſuppeditare. hoc fuit impletū ī iuda qui panem corporalē ⁊ ſacramentalē ſibi datū a xp̄o mādūcauit. ꝑdicta autē ſcriptura habet̃ pſal. xl. Trāſlatio. Lxx. habet: Qui edebat panes meoſ magnificauit ſup me ſupplantationē. Et trāſlatio Hiero. accepta iuxta hebraicuȝ mag̃ ꝓpinqua ē dicto xp̄i: q̄ talis ē: Qui mādūcat panē mecum leuabit ꝯtra me plantā. r ·Ammodo dico voƀ ⁊c̄. q: ego ſum. ſ. vere xp̄s. verus homo. ver⁹ deus. q: ſcire ſecreta cordiū ⁊ ꝑdicere certitudinaliter futura ꝯtingētia a libero arbitrio dependentia ỽtute ꝓpria ē manifeſtū indiciū deitatis. Quarto ꝯfirmat ꝯcluſionē ꝑdictam ex dignitate eoꝝ q̄ꝝ pedes lauabāt̃ dicēs: s ·Amē amen dico vobis q̄ accipit ſi quē miſero me accipit. i. ſeruitiū factū xp̄i miniſtris redūdat in honorē ipius. ⁊ ꝑ conſequēs toti⁹ trinitatis. ideo ſequitur: t ·Qui autē me accipit: accipit illū q̄ miſit me. i. honorat patrē ⁊ ſpiritūſanctū q̄ miſerūt filiū: ſm̄ ꝙ dr̄ Eſa. xlviij. Et nūc miſit me dñs ⁊ ſpiritus eius: hec dicit redēptor tuus iſrl̃. v ·Cū hec dixiſſet. Poſtq̄ ſaluator ꝓpoſuit ꝑfectionis exemplū. hic oſtēdit defectū diſcipuloꝝ. ⁊ ꝑmo defectū iude ꝓditoris. ſcd̄o defectū petri negātis. ibi: Dixit ei ſimon. Prima in duas. quia ꝑmo denūciat ipam ꝓditioneȝ. ſcd̄o ipm̄ ꝓditorē. ibi: Aſpiciebant ergo. In prima ꝑte dicit̃ ſic: Cū hec dixiſſet ieſus turbat⁹ eſt ſpū. ex horrore paſſionis ſue iminentis ⁊ ꝓditionis iude. Hec aūt turbatio q̄ erat in ꝑte ſenſitiua non erat cōtraria ratiōi: ſed magis ꝯueniēs ei. ſicut dictū eſt. ſ. de aliꝗs paſſionib⁹ ca. ꝑcedenti. x ·Et ꝓteſtatus ē ⁊ dixit: Amē amē dico vobis: q: vn⁹ ex vobis tradet me. Multiplicat autē hanc dictionē Amē: ad oſtendendum future rei certitudinem.

† Per Joh. An de magiſtris. c. 2 in Clemen.

† Mat. 10. c Luc. 6. f

† Ps. 40.

C † Ma. 10. b Luce. 10. c

K Aſpiciebāt

Ille iā erat exitur⁹ ꝛ iudeos adductu-rus. Turbauit aūt eū iminens paſſio ꝛ ꝓximū piculū ꝓditoris.ſicut.ſ.di-
§.12.b xit: Nūc aīa mea turbata ē: appropin quāte paſſione. a In ſinu. Idē qḋ dicit ſupra pe-ctuſ: ſignificat ſecretū de q̄ bi bit diuinitatiſ
†2.q.1.vn⁹ ſacramentum. b Et cū intin xiſſet. Panis itinctio ſignifi cat fictionē iu-de q̄ fict⁹ ami-cus venit ad cenā. Que enī
† 93.di.le gimuſ.§.ſꝫ et petrus. tingūt: nō mū dant: ſꝫ infici-unt. Si āt bo-nū aliq̄d ſigni ficat intinctio eidē bono in-gratū: nō ime-rito ſecuta eſt damnatio.
c Dedit iude. Nō vt q̄dā pu tāt nūc iudas corp⁹ xp̄i acce-pit. Sciēduꝫ ē
†1.q.1.xp̄s De ꝯſe.di.2.ōme ꝛ.c. et ſcrā c.ſic iudas eniꝫ ꝙ iā oīb⁹ dn̄s diſtribue-rat ſacr̄m cor-poris ꝛ ſāgui-nis inter q̄s ꝛ iudas fuit.de-inde ꝑ buccel-lā intinctā: ex-primit ipē tra-ditor ꝛc.
c Qḋ facis. Nō precepit: ſꝫ p̄dicit iude malū: nob̄ bo-nuꝫ: q2 h̄ vult cito fieri: nō tā feſtinādo i illi us penā q̄ꝫ in ſalutē fideliū.
d Quia locu
P los ha. In q̄-buſ oblata ſer uabanẽ ſuoꝝ neceſſitatib⁹ et aliis indigēti-bus. In q̄ daẽ forma eccleſie ſeruādi neceſſaria: q̄ iubeẽ nō cogita-re de craſtino: ne ꝓ terrenis fuiat: vẽ timore inopie iuſticiam deſerat.
e Erat autē nox. Nox cōgruit facto. Erat enī q̄ exiuit fili⁹ tenebraꝝ faciēs opa tenebraꝝ. f Nūc clari. Aug⁹. Exeūte iuda ꝓ quo dicebaẽ: nō eſtis mūdi oēs: remāſerūt ſoli mūdi cū ſuo mūdatore: in q̄ ſignificata ē clarifica-tio xp̄i: in q̄ ſepatis malis: manebit in eternitate cū ſāctis. Sicut ḡ res ſigni-ficātes tāq̄ꝫ res ſignicate appellāẽ: vt petra nō ḋr: ſignificabat xp̄m ſꝫ erat xp̄s: ita hoc facto ſepationis iude: cō-teſtans futuram illam ſeparationem di cit: Nūc: non ſignificata eſt clarifica-tio: ſed clarificat⁹ eſt filius homīs: et deus cla. eſt in eo: quia non ipē in ſe: ſꝫ deus in eo clarificaẽ. Qḋ quaſi ex-ponens ſubdit: Si deus clarificatus
Est i eo

qḋ occultū fuerat. manifeſtauit.
ſtatus eſt ꝛ dixit: † Amen amē di
numero nō vinclo ſpūs. a exitur⁹ ex vobis.
co vobis: quia vn⁹ ex vobis tra-
a q2 et ſi nota fuit cuiq̄ ſua cōſcientia alteriꝰ ē tñ ſibi erat ignota.
det me. Aſpiciēbant ergo adinui a
cem diſcipuli: heſitantes de quo
de ſe quaſi de alio dicit vt rerum geſtarū ſcriptorū non ſui p̄dicatorum.
diceret: † Erat ergo recūbēs vn⁹ b
a ꝑ ſinū ſignificat ſecretū.
a ex diſcipulis eius i ſinū ieſu: quē c
nō pl⁹ oīb⁹: ſꝫ familiarius vt ꝑ pacē de vita exi-
diligebat ieſuſ. Innuit ergo huic d
ret: nō ꝑ paſſionē. a nō loquēdo ſꝫ innuēdo de motu corporis: poſt ſono vocis vt quęrat.
ſimon petr⁹: et dixit ei: Quis eſt e
de quo dicit? Itaq̄ cuꝫ recubuiſ- f
hic eſt ille ſinus.i.ſecretū ſapientie.
ſet ille ſupra pectus ieſu. Dicit ei: g h
Domine q̄s ē? Reſpondit ieſus: i
† Ille eſt cui ego itinctū panē por k†
b c rexero. Et cum itinxiſſet panē: de
dit iude ſimonis ſchariotis. Et l
q2 bona male eſt vſus: ꝛ hec p̄-ſumptio peccatū auxit. vt pleni⁹ poſſideret
d nas. Et dicit ei ieſus: Quod facl m n
in quem intrauerat vt deciperet.
fac citi⁹. Hoc āt nemo ſciuit diſcū o
bentiū ad q2 dixerit ei: Quidaꝫ p q
e enī putabāt: q2 loculos habebat
iudas: ꝙ dixiſſet ei ieſus: Eme ea r
q̄ ſunt op⁹ nobis ad diē feſtū: aut s
egenis vt aliq̄d daret. Cuꝫ ergo t†
vt malus. bonū. a dn̄o apte recedit.
accepiſſet ille buccellā: exiuit cōti v
f nuo. Erat aūt nox. Cū ergo exiſ- x y†
a abſente palca: iā triticū quodāmō ē purgatū.
g ſet: dixit ieſus: Nūc clarificat⁹ ē z
filius hominis: ꝛ deus clarifica- a

a Aſpiciebāt. Hic ꝯſ̄ter denūciat ꝓditorē. Et diuidiẽ in duas. q2 p̄mo poniẽ denū-ciationis occaſio. ſcḋo ipa denūciatio. ibi: Rn̄dit ieſus. Occaſio hui⁹ denūciationis fuit duplex. p̄ma fuit ſtupefactio ꝛ ꝯturbatio: q̄ tangiẽ ibi cū ḋr: Aſpiciebāt ḡ adinui cem diſcipuli heſitātes de q̄ diceret: Erāt enī admirati. q2 q̄libet eoꝝ p̄ter iudā ſentie-bat ſe totaliter firmatū in cōtrariū dicto ipi⁹ xp̄i. ꝛ ꝯſilr̄ de ſuis ſocijs ſicut de ſe co-gitabat. verūtñ ꝓpt̄ firmitatem v̄boꝝ xp̄i magis ei⁹ dicto cre debāt q̄ꝫ ſuis ꝯſciētijs. ꝛ ideo nō heſitabāt de euētu rei: ſꝫ de illo ꝑ quē h̄ eueniret. ſcḋa occaſio fuit familiaritas ioh̄is cuꝫ xp̄o ꝓpt̄ quā xp̄s ſua ſecreta ei reuelabat: ꝛ hec cauſa exp̄miẽ
† Ma.26.b mar.14.b Luc.22.c
cū ḋr: b Erat ḡ recūbēs vn⁹ ex diſcipulis ei⁹ i ſinu ieſu.i. familiariter ei ꝓpinqu⁹ ex dilectione. ꝓpt̄ h̄ ſequiẽ: c Quē diligebat ieſus. ſpālia ei ſigna dilectiōis oſtēdēdo p̄ ceteris. ꝓpter mūdiciā virginalē. Notādū ꝙ ioh̄es hic de ſe loquiẽ ꝑ modū alteri⁹ ꝑſone. hic enī ē modus loquēdi iſtoꝝ q̄ canoni-cas ſcripturas ꝯſcripſerūt. q̄ſi in eis de ſe q̄s loq̄ẽ. vñ paulus ij. Cor⁹. xij. loquēs de ſeipſo dicit: Scio hoīem i xp̄o ꝛc. ꝛ da-uid. ij. Reg⁹. xxiij. Dixit vir cui ꝯſtitutū eſt de chriſto ꝛc.
d Innuit ḡ huic.ſ.iohanni. e Simon petr⁹ ꝛ dixit ei q̄s
†.21.f
eſt. de q̄ dicit: Petr⁹ enī quodā ſigno ſignificauit iohanni vt peteret a xp̄o ſibi familiari de q̄ dixerat. lꝫ enī petr⁹ al's ſolit⁹ eēt īterrogare a xp̄o p̄ ceteris. tñ tūc non fuit auſus petere: q2 īmediate fuerat rep̄hēſus de indiſcreta locutiōe cum dixerat xp̄o: Nō lauabis mihi pedes ꝛc. f Cū recubuiſſet ille.ſ.io-hānes. g Supra pect⁹ ieſu.i.inclinat⁹ ꝓpe os ei⁹. ꝛ ſic erat idonee poſit⁹ ad īterrogādū ꝛ audiēdum aliq̄d ſecrete ab eo. h Dicit ei dn̄e q̄s ē. ille.ſ. ꝓditor. i Rn̄dit ieſus. Poſita occaſiōe denūciatiōis. h̄ poniẽ denūciatio ꝓditoris. Et diui-diẽ in tres. q2 p̄mo exp̄miẽ ipa denūciatio. ſcḋo rei denūciate ꝓmiſſio. ibi: Et dixit ei. tertio ꝓmiſſiōis executio. ibi: Cum ḡ accepiſſet. In p̄ma pte ḋr ſic: Rn̄dit ieſus ipi iohāni i ſilētio: q2 ſi alte dixiſſet petr⁹ erat ita feruid⁹ ꝙ ſtatim inſurrexiſſet in ꝓditorē. k Ille ē cui ego itīctū panē porrexero. ꝑ h̄ notaẽ iude fictio. q2 ſicut panis intinct⁹ habet ſaporē i ſupficie aliū q̄ꝫ interi⁹. ita iudas ſe ſimulabat exteri⁹ xp̄i diſcipulū. cū tñ in teri⁹ eēt ei⁹ ꝓditor. Uel aliter dedit iude panē itinctū ad oſtē dēdū iude ingratitudinē ꝛ xp̄i māſuetudinem. Panis enī in-tinct⁹ ſapidior ē ad comedēdū. ideo xp̄s iude fecit iſtud obſe-quiū ad declarādū ſuā benignitatē ꝛ iude malignitateꝫ q̄ ex h̄ nihil mouebaẽ ad cōpūctionē. Sciēdū tñ ꝙ iſte panis itin-ctus nō fuit corp⁹ xp̄i: ſꝫ añ ipm accepat in pane nō intincto. ideo ſtatutū ē ꝙ corp⁹ xp̄i intinctū nō daẽ fidelib⁹. vt habeẽ de ꝯſe. diſ. ij. Cū oē. l Et poſt buccellā itroiuit i eū ſatha-nas. nō de nouo cū iā pri⁹ xp̄m vēdiſſet. ſꝫ itroiuit i eū ad am pli⁹ ipm poſſidēdū. q2 ingrat⁹ obſequij xp̄i fact⁹ ē in ptāte de-monis magis q̄ꝫ ante. m Et dicit ei ieſus. Hic poniẽ ꝓdi-tionis ꝓmiſſio. nō enī poterat aliq̄d facere niſi xp̄o ꝓmittēte. ideo dixit ei: n Qḋ facis fac citi⁹. Non dicit h̄ p̄cipiendo vel ꝯſulēdo: q2 p̄ceptū diuinū vel ꝯſiliū nō pōt eē de malo. ſꝫ tātūmodo ꝓmittēdo rōne dicta. tñ v̄ba xp̄i fuerūt alijs apl̄is obſcura. ideo ſeq̄ẽ: o Hoc aūt nemo ſciuit diſcūbētiū. p̄ter iudā. p Ad q̄d dixerit ei. V̄bū p̄dictum de alijs a iohāne nō erat mirū ſi ignorauerūt: q2 ſoli iohāni dixerat xp̄s: Cui dabo panē. Sꝫ de iohāne mirū videẽ. ideo dicēdū ꝙ audito v̄bo xp̄i ita fuit attonitus ꝛ ſuſpēſus ꝙ nō aduertit illud qḋ poſtea dictū eſt ipſi iude a ſaluatore. ꝛ ideo diſcipuli v̄bū xp̄i aliter interp̄tabāẽ. ꝛ hoc eſt qḋ ḋr: q Quidā enī putabāt q2 loculos habebat iudas. i. q2 portabat elemoſynas datas ꝓ xp̄o ꝛ diſcipulis ei⁹. r Q2 dixiſſet ei ieſus eme ea q̄ op⁹ ſūt nob̄ ad diē feſtū. q̄ īminebat in craſtino: vt dictū eſt. In talib⁹ enī ſolennitatib⁹ iu dei lauti⁹ viuebāt. s Aut egenis aliq̄d daret. q2 ad vtrūq̄ iſtoꝝ pecunia portaba tur: vt.ſ. dictū ē ca. p̄ce. t Cū ergo accepiſſet. Hic deſcribiẽ proditionis executio. Et diuidiẽ in duas. q2 p̄mo poniẽ dicta executio. ſcḋo ꝓnūciaẽ ex hoc ſequēs xp̄i glo rificatio. ibi: Cū ergo dixiſſet. In p̄ma pte ḋr ſic: Cum ergo accepiſſet ille buccellā. Di cūt aliq̄ ꝙ tñ accepit i manu: ſꝫ nō comedit: q2 diabol⁹ nō ꝓmiſit eū tādiu ſtare ibi: eo ꝙ nō poterat ſuſtinere p̄ſentiaꝫ xp̄i. ꝛ h̄ nō ē veriſile: q2 diabol⁹ i p̄ſentia xp̄i diu ſtetit i deſerto ipm tentādo. ideo aliter exponiẽ: Cū ergo accepiſſet. i. comediſſet. accipe enī cibum idem ē qḋ comedere. v Exiuit cōtinuo. ad querēdū cohortem q̄ caperet xp̄m x Erat aūt nox. Hoc exp̄ſſit euāgeliſta ad oſtēdēdū opportunitatē tp̄is ad pagendū ꝓditionē. ꝛ ad denotādū i iuda mētis tenebroſitatem. y Cum ergo exiſſet. Hic p̄-nūciaẽ ſequēs xp̄i glorificatio. ſciebat enī diſcipulos ꝯturbādos de ei⁹ receſſu. ꝛ ideo p̄mo oſtēdit gloriā quā erat adeptur⁹ ꝑ ſuā mortē. ſcḋo denūciat ipam mortē. ibi: Fi-lioli. In p̄ma igiẽ pte ḋr: Cū ergo exiſſet iudas ad ꝓcurādū xp̄i mortē. z Dixit ie-ſus nunc clarificat⁹ eſt filius hoīs. Dicit enī aliq̄d iam eſſe qḋ incipit. paſſio autē ei⁹ extūc incipiebat. ꝑ quā fuit multiplicit clarificat⁹: vt dictū ē ca. p̄ce. et ideo dixit ſe iā clarificari. a Et de⁹ clarificat⁹ eſt in eo. q2 paſſio xp̄i erat ordinata ad dei gloriam inq̄ꝫtū ibi maxime relucebat diuina miſcḋia ꝛ iuſticia. ꝛ inq̄ꝫtū ꝑ eā multitudo gētiū adducta ē ad glorificādū deū. diciẽ aūt glorificatio q̄ſi clarificatio: q2 gloria eſt clara noticia cum laude. vnde gloria dicitur quaſi claria. c. mutata in. g.

Et deus

G eſt in eo:q2 nō ꝗſiuit ille voluntatē ſuā:ſ; patris. ⁊ de⁹ cla.ē in ſemetipſo :vt humana natura xbo vnita etiā īmortali eternitate donet. Et hec clarificatio eſt cōtinuo.i.īmortalis reſurrectio non differet̄ ī fine:ſicut oīm ad quā pōt referri ⁊ pri⁹ dictū vt dicat̄: Nunc: nō de inſtanti tp̄e paſſionis:ſed de ꝓximo reſurrectiōis quaſi ſit factū qḋ mox ē futurū.

a Filioli. Auguſtin⁹. Quia dixerat ꝙ de⁹ ē cito clarificatur⁹ eū:ne putarēt ꝙ nō vltra iūgeret̄ eis ꝯuerſando ī t̄ra:addit:adhuc modicū vobiſcū ſū ī infirmitate carnis ſicut et vos:vſq; ad horā mortis: ſicut poſt reſurrectionē dicit : cū eſſem vobiſcū ī carne mortali. Et modicū vobiſcū ſū:ſi nō in eadē q̄litate tp̄ali tñ ī terrena ꝯuerſatiōe poſt reſurrectionē.xl. dieb⁹. De p̄ntia aūt diuina q̄ cū eis eſt vſq; ad ꝯſūmatiōe; ſeculi nō pōt h̄ accipi :q2 nō ꝯueniret qḋ ſequitur: Queret̄ me:⁊ nō poteſtis venire. Tunc enī implebit̄ : vbi ego ſū ⁊ illi ſūt. b Quo ego vado. Nūc nō poterāt apl̄i nōdū ſpū cōfirmati ſeq̄ dn̄z.i.mori pro dn̄o ⁊ iuſticia : vel venire ad vitā īmortalē ad quā ip̄e ibat ſecuturi aūt erant poſtea. Quō autē idonei poſſint eſſe et ꝑgere q̄ ille antecedit docet. Mandatū nouū do vobis. c Mādatū; nouum. Aug⁹. Nō ꝙ h̄ nō ſit ī antiq̄ lege:Diliges ꝓximū tu.ſi.teip.et non ꝙ antiq̄ ſācti nō ſic dilexerūt:ſed q2 dilectio

Leui.19.c

de veteri facit nouum hoīe; q̄cūq; tp̄e:qḋ tñ nō facit dilectio q̄ ē naturali neceſſitudīe:vt inter ꝯiuges:p̄res ⁊ filios et hm̄ōi:vt taceam⁹ de turpi q̄ ē inter amatores. Et ideo pulchre determīat: Sic dilexi voſ.ꝑductur⁹ ad fidē ſine fine:ea dilectiōe diligite:vt ſitis filij dei fratres vnico filio:q̄ dilectio facit mori ſeclo. d Ut diligat̄. Nō putetur h̄ p̄termiſſa dilectio dei q̄ ē ī dilectiōe ꝓximi. In ꝓxīo enī nō niſi de⁹ diligit̄:ſic̄ ⁊ xp̄s ī nob̄ diligit deū.⁊ nō ꝙ h̄ habeamus:ſ; vt haberem⁹ ſic̄ medic⁹ in egro: nō morbū ſ; ſalutē quā venit dare. e Dn̄e q̄va. Audito q̄ ego vado:⁊ itellecta via q̄ ſeq̄ pōt.i.dilectione:dicit petr⁹ vt ſeq̄ parat̄. Et q2 hunc ei⁹ animū nouit dn̄s:dixit nō modo eum poſſe in quo non abſtulit ſpem futuri : ſ; cōfirmauit.ſeq̄ris autem poſtea. f Aīam meā. Multū p̄ſumit q̄ aīam ꝓ eo ponē ꝓmittit:q̄ nondū ꝓ petro aīa; dedit:q̄ſi p̄ire poſſit. Aug⁹. Volūtatē ſuā:ſ; nō vires ſuas cognoſcens vt infirmus volūtatē ſuā iactat: ſed inſpiciebat inualitudinē medic⁹. Ille ꝓmittebat:ille p̄noſcebat:et qui neſciebat audebat:q̄ p̄ſciebat docebat. g Nō cātabit gall⁹ donec ter me neges. Petrus ante primum gallicantu; trinam negationem incipit:tota; autem perficit ante ſecundū gallicantum.

ſ q2 nō q̄ſiuit niſi gloriā patris.

tus ē ī eo. Si de⁹ clarificat⁹ eſt in eo ⁊ deus clarificabit eū ī ſemet a ipſo:⁊cōtinuo clarificabit eū.† Filioli adhuc modicū vobiſcū ſum.
ſ volentes ſequi me. ſ ſed ſine modo.
† Queretis me:⁊ſicut dixi iudeiſ:
ſ iudei nunq̄.
b † quo ego vado voſ nō poteſt̄ venire:et vobis dico modo †. Mandatū nouum do vobis:vt diligatis inuicē ſic̄ dilexi vos:vt ⁊ vos diligat̄ īuicē. In hoc cognoſcēt oēs q2 diſcipuli mei eſt̄:ſi dilectionē habueritis adinuicem. Dicit ei ſimon petr⁹: Dn̄e quo vadis? Reſpondit ieſus: Quo ego vado nōn potes me modo ſequi:ſequeris autem poſtea. Dicit ei petr⁹: Quare non poſſum te ſequi modo? Aīam meam ꝓ te ponā. Reſpondit ieſus:† Animā tuā ꝓ me ponet? † Amē amē dico tibi:nō cātabit gall⁹ donec ter me neges.

a ſ idē dico vobis ſed cū mō. b ſ ne deſperent addit̄ modo. c ſ ſed vt aliq̄n ſequimini.
a ſ ideo ⁊ vos: in q̄ innuit ſe conferre diligendo nos:vt mutua dilectiōe inter nos cōſtringamur.
a ſ nō in alijs q̄ etiam non mei habent.
a ſ h̄ ē fons in q̄ alien⁹ nō cōicat vt ait ſalomon.
a ſ quaſi non feſtines q2 nōdū eſt indutus virtute ex alto:⁊ ideo ne interim p̄ſumas.
a ſ nunc nō poterant apl̄i:nondum ſpū con.⁊c. ſ ne deſperes.
a ſ qui totum nouit ⁊ docet.
ſ q̄nq̄:ſed ꝓpe eſt vt neges timore mortis vitā ⁊ occidas tuam animam.
a ſ xp̄m q̄cq̄d in verbis ſones.

